







10  
de

# HYPOMNE- MATA JURIS

ad seriem

## INSTITUTIONUM SACRATISS. IMPER. JUSTINIANI.

---

*Francofurti ad Viadrum,*

Sumptibus JEREMIAS Schreyer  
& HENRICI JOHANNIS MEYERI Hæred.  
Anno M DC XCII.





1. I

4. Inf

to  
te  
to  
ad  
pt  
re  
tic

an  
C  
ti

INSTITUTION  
MATA

ad scienc

INSTITUTION  
SACRATISS. IMP.  
IUSTITIAN

ANNO MDCXXII







### *Proœmium.*

1. **J**us Romanum valet, etiam in Germania, ut jus scriptum Imperii, cui tamen, ut Juri communi, Status derogare possunt. Ejus sunt partes: Digesta, Codex, Novellæ & Institutiones (pessimè *Instituta*) (a)
2. Digesta continent veterum Juris Consultorum, qui universam Jurisprudentiam ex arte ipsa tractârunt, fragmenta. Codex Imperatorum constitutiones inde ab Hadriano usque ad Justinianum, & ipsius Justiniani, quas septem prioribus imperii annis edidit. Novellæ reliquas, quas post annum septimum. Institutiones sunt elementa juris.
3. Primò promulgatus est Codex 7. April. anno Christi 529. & collectus tum ex triplici Codice, Gregorii, Hermogenis, Theodosii II. tum ex constitutionibus sequentibus. (b)
4. Deinde promulgatæ Institutiones 21. Nov. A. C. 533. (c) Tertiò Digesta, 16. Dec. ejusdem  
A anni.

(a) *Const. Cordi. C. de emend. Cod.*

(b) *Const. Summa. C. de Just. Cod. confirmata.*

(c) *§. fin. h.*



(2)

*anni.* (d) sed composita ea sunt ante Institutiones, & hæ ex illis desumptæ. (e)

5. Quarto Codex emendatus, additis 50. decisionibus veterum disceptationum, promulgatur 17. Dec. A. C. 534. (f) Denique eduntur Novellæ, *Authenticæ* dictæ, quarum quædam Codici ab Irnerio Jcto insertæ sunt.

6. Digestis tamen derogant Institutiones & Codex, omnibus Novellæ, & hæ invicem ex ordine temporis.

7. Institutiones (reliquas enim partes suo loco reservamus) rectè dicuntur totius legalis scientiæ prima elementa. (g) Nec traduntur in iis jura obsoleta, nisi novioris declarandi gratiâ, vel postea immutata. (h) Vim verò habent constitutionis Imperialis. (i)

8. Ad spem reip. in partibus suis gubernandæ Imp. neminem admittit, nisi juris peritos: (k) ubi tantum solidam juris, non autem formulariam illam & causidicorum scientiam intelligit. (l)

*Lib. I. Tit. I.  
De Just. & Jure.*

I. In princ *h. t.* definitur justitia humana; par-

(d) l. 2. C. de vet. jur. enucl. (e) §. 3. b. (f) d. Const. Cordi. (g) §. 4. b. (h) §. 3. & §. 5. b. (i) §. pen. b. (k) §. ult. b. (l) d. §. ult. Cic. 1. de Orator. c. 202. & c. 236.



(3)

particularis, [quæ sola propriè justitia est,] & perfecta.

2. Jus accipitur I. vel pro arte justitiae, seu Jurisprudencia, (a) & definitur in §. 1. h. vel pro justo, seu eo quod justum est. (b) Reliquæ acceptiones improprie sunt. (c)

3. Jus est II. vel permittens, quo conceditur libera agendi facultas; vel præcipiens, quo quid imperatur vel vetatur. (d)

4. In §. 3. h. traduntur exempla præceptorum Juris generalissimorum, quorum quodque reliqua complectitur. Ab iis nunquam recedi potest.

5. III. Vel publicum, quod ad cujusque populi statum publicum spectat, & consistit in jurebus summæ potestatis circa sacra & profana: vel privatum, quod ad singulos: de quo solo hic agitur. (e) Publicum tamen ad privatos quoque pertinet, ut civitas ad cives, & retro.

## *Tit. II. De Jur. Nat. Gent. & Civ.*

1. IV. Naturale, gentium vel civile. Naturale, quod Natura constituit de re, quam omnia animalia docuit: ut 1. Conjunctio maris & foeminae. 2. Liberorum procreatio. 3. Educatio. (a) 4. Defensio necessaria. (b)

2. Gentium jus duplex est; primum, quod

A 2

na-

(a) l. 1. princ. & rubr. h. (b) l. pen. h. (c) l. pen. & ult. h. (d) l. 7. legib. (e) §. ult. h.

(a) princ. h. (b) l. 4. just. & jur.



(4)

naturalis ratio inter homines constituit, (c) ut cultus Dei & parentum (d) ac praecepta generalia in §. 3 *Iust. & Jur.* vel secundarium, quod gentes ipsae usu exigente & humanis necessitatibus, constituerunt (e) uti sunt formae negotiorum. (f)

3. Civile, (g) quod uni populo à summa potestate, vel cui id ab ea permissum, fuit constitutum. Estq; scriptum vel non scriptum: scriptum est, quod expressa voluntate sancitum est, cujus species sunt lex, plebiscitum, SCtum, Principum placita, magistratum edicta, Responsa Prudentum. (h)

4. Constitutio I. triplex est, Edictum, quo Princeps proprio motu aliquid jubet. (i) Decretum quo inter partes causam cognitam decernit. (k) Rescriptum seu epistola, quo de Jure consultus respondet. (l)

5. Constitutio II. est generalis, quæ in omnes subditos lata est, eosque obligat, nisi quidam exempti sint: vel specialis, quæ in certam tantum personam, ordinem, vel rem, & dicitur privilegium. (m)

6. Hoc [1] vel in favorem statuitur vel in poenam, (n) [2] est vel reale, quod intuitu causæ

(c) §. 1. h. (d) l. 2. *Iust. & Jur.* (e) §. 4. h. (f) l. 5. *Iust. & Jur.* (g) §. 5. h. (h) §. 3. 8. h. (i) l. 3. C. I. L. (k) ut in l. 3. *His quæ in test.* (l) §. 9. *susp. tut.* (m) §. 6. h. (n) d. §. 6. h.

causæ  
tinet  
sonæ,

7. I  
gatio.

8.

bus, et

Jus ve

Edicta

at au

dentu

(r) nisi

rinæ.

9. J

tate e

est, (s

tas e

gulari

10.

statu

est qu

I.

habe

(o

l. 3.

s. 1.

leg

(a



(5)

causæ vel rei statutum est, & ad heredes pertinet; vel personale, quod intuitu solius personæ, eamque non egreditur. (o)

7. In lege duo sunt, constitutio & promulgatio. (p)

8. Princeps ipse solutus est legibus civilibus, etiam, ut ajunt, quoad vim directivam (q) Jus verò naturæ præcipiens est immutabile. Edicta prætorum à jure civili formà differunt, at auctoritatem juris plenam; Responsa prudentum probabilem tantum hodiè habent; (r) nisi nomine judicis petita & concepta fuerint.

9. Jus non scriptum est, quod tacitâ voluntate ejus, qui jus facere potest, introductum est, (s) & dicitur consuetudo. Tacita voluntas est, quæ declaratur rebus & factis, (t) regulariter pluribus. (u)

10. Consuetudo legem abrogare potest in statu populari (x) in reliquis interpretari: (y) estque ea semper probanda. (z)

### *Tit. III. de Jure Personar.*

I. Objectum Jurisprudentiæ est jus; quod habent personæ in res per actiones. (a)

A 3

2. Per-

(o) §. 6. h. l. 68. R. I. (p) l. fin. Decr. ab Ord. (q) l. 31. legib. (r) §. 11. h. (s) l. 35. legib. §. 9. h. (t) l. 32. §. 1. legib. (u) l. 1. C. quæ sit long. (x) l. 32. §. 1. legib. (y) l. 38. eod. l. 2. C. quæ sit long. (z) l. 34. legib. (a) §. 12. Jur. Nat.



(6)

2. Personæ sunt [1] vel liberi vel servi. (b) Libertas definitur in §. 1. h. servitus in §. 2. h.

3. Servi [1] nascuntur ex matre, quæ toto tempore, quo uterum gesit, serva fuit, etsi patre libero. c. [2] Fiunt jure gentium bello capti, (d) jure civili variis modis nunc obsoletis. (e)

4. Servitus quidem hodiè sublata est, at non jus personarum in variis colonorum generibus, ut in Wildfangiis, Cossatis, aliisque glebæ adscriptis.

*Tit. IV. De Ingenuis. & Tit. V. de Libertin.*

1. Liberi sunt vel ingenui, qui liberi nati, nec in iustam servitutem redacti sunt. (f)

2. Vel Libertini qui ex iusta servitute manumissi sunt. (g) Manumissio est modus quo servi dimittuntur è potestate Domini. (h)

3. Modus ille vel publicus est, quo publica auctoritate servus manumittitur, ut 1. vindictâ 2. censu lustrali 3. in Ecclesia, 4. testamento. (k) Vel privatus, quo privatim, ut coram quinque testibus 1. inter amicos vel 2. per epistolam, item 3. nominatione filii &c. (l) Plena libertas olim ex modis publicis saltem competiit. (m)

(b) *pr. h.* (c) *pr. Ingen.* (d) §. 4. *h.* (e) §. 4. & seq. (f) *t. t. h.* (g) *pr. h.* (h) *pr. h.* (k) §. 1. *h.* (l) §. 1. *h. l. un. §. 1. & seq. C. lat. l. toll.* (m) *d. l. un. §. 1.*

4. Servi



4. Servi manumitti possunt quovis tempore  
& fiunt vel cives Romani, vel Latini, vel dedi-  
titii, quod mutatum in §. fin. h.

*Titulus VI. Qui & quib. ex caus. man.*

*& Tit. VII. De leg. fus. Can. toll.*

Manumittere domini non possunt [1] fu-  
riosi, prodigi aut eorum curatores (n) [2] ex  
primo capite legis Aeliae sententiae in fraudem  
creditorum (o) si & consilium fraudandi &  
eventus fraudis concurrant, (p) Exc. si Domi-  
nus qui solvendo non est, alio herede ei  
non existente, servum instituat, isq; liberta-  
tem ex testamento capiat. (q) [3] Ex altero  
ejus legis capite, minor 20. annis (r) novo iu-  
re, 17. annis, (s) hodie, impubes (t) Exc. si per  
vindictam manumissio fiat, & causa ejus ap-  
ud consilium probata sit (u) etsi falsa. iustae  
vero causae recensentur in §. 5. h. (x)

[4] Ex Lege Fusia Caninia non ultra nume-  
rum possunt. (y) quod abrogatum in h. tit.

*Tit. VIII. De His, qui sui vel al.*

I. II. Personae sunt vel sui juris, ut patres f.  
vel alieni, qui sunt in potestate vel dominica,  
vel patria: (a) non maritali.

2. Dominica est juris gentium, ejusque effe-  
ctus

A 4

(n) l. 22. *Qui & a quib. man* (o) pr. h. (p) §. 3. h.

(q) §. 2. h. (r) §. 4. h. (s) §. 7. h. (t) Nov. 119.

c. 2. (u) §. 4. h. (x) §. 6. h. (y) tot. tit. 7.

(a) princ. b.



(8)

Etus 1. Jus vitæ & necis in servum. (b) hodie modica castigatio §. 2. h. 2. Acquisitio per servum (c) *de q& a lib. 2 t. 9.*

### *Tit. IX. De Patr. Pot.*

3. Patriæ potestatis jura sunt propria civium Romanorum (d) qualia sunt 1. jus vitæ & necis, (e) quod hodie cessat. 2. Quod filius acqvirendo habetur pro una persona cum patre. (f) Exc. Peculia, quæ sibi acqvirit. (g) 3. Jus distrahendi filium ex necessitate: juxta l. 2. C. de patr. q& i fil. Hæc matri nec hodie competunt. Reliqua suis locis.

4. Patriæ potestatis causa est triplex 1. Procreatio ex justis nuptiis: (h) qualis præsumitur si accidat IX. vel X. mense: etsi mater neget. 2. Legitimatio. (i) 3. Adoptio. Add. §. f. h.

### *Tit. X. De Nupt.*

1. Nuptiæ, ut juris gentium sunt, definiuntur in §. 1. tit. 9. (k)

2. Eas præcedunt sponsalia, quæ sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum. (l)

3. Hæc sunt 1. vel clandestina, quæ aut sine ullo teste aut sine iis, quorum consensus est necessarius, fiunt: illa, si probari possint, publice repeti debent, hæc nulla sunt. (m) Vel  
publi-

(b) §. 1. h. (c) d. §. 1. (d) §. 2. h. (e) l. 11. lib. 5 posth. (f) §. 4. Inut. stip. (g) t. t. Q& ib. al. non lic. (h) pr. h. (i) §. si Nupt. (k) §. 1. Patr. pot. (l) l. 1. Sponsal. c. 1. c. 2. [m] c. 3. Cland. desp.

publico  
et si p  
sponsa

4. l.

vel de

ad qua

lis ne

eam q

5. J

bus po

accep

su sol

6. A

contr

in qv

ubi su

t. Hoc

mortu

ves R

prohib

7.

2. Err

tus in

4. Fu

m.

XX

r. p

x. a

a. l

12.



publica, ut cætera, quæ reliquis præferuntur  
et si posteriora. *m.* contrahens tamen bina  
sponsalia, infamis fit *ex l. 1. His qvi not.*

4. II. Ex jure Can. dicuntur vel de futuro,  
vel de præsentī: hæc sunt nuptiæ ipsissimæ, *n.*  
ad quarum substantiam benedictio sacerdota-  
lis ne jure Can. quidem requiritur, et si partes  
eam quoque adhibere teneantur.

5. Jure civili pars recedere à nudis sponsali-  
bus potest: *o.* sed arrhas, si dedit, amittit; si  
accepit, duplicatas reddit. *p.* Mutuo consen-  
su solvuntur etiam Jure Can. *ex c. 2. spons.*

6. Ad justas nuptias requiritur *i.* consensus  
contrahentium. *q* 2. Præcedens jussus eorum,  
in quorum potestate sunt *r.* Exc. [ $\alpha$ ] Neptis,  
ubi sufficit consensus avi *s.* [ $\beta$ ] filius furiosi.  
*z* Hodie qvivi patris consensus sufficit, eoqve  
mortuo, matris. 3. Justa ætas. *u* 4. Ut sint ci-  
ves Romani. *x* 5. Et Nuptiæ inter eos non  
prohibitæ. *z*

7. Nuptias impedit *i.* Error in persona *a*  
2. Error in virginitate sponsæ. *b* 3. Vis & me-  
tus injustus: *c* nisi postea ratum habuit. *d*  
4. Furor. *e* 5. Conditio contra substantiam

A 5

ma-

*m. c. 1 spons. duor. n. c. 31 spons. o. c. 1. c. 2. & Pass.*

*XXVII q. 2. p. l. 1. l. 3 l. 5. C. eod. q l. 30. R. 7.*

*r. princ. h. s. l. 16. §. 1 h. t. d. princ. u. d. princ.*

*x. d. princ. z § 1. h.*

*a. l. 9 princ. Her. Inst. b. Nov. Leon. 93. c. l.*

*12. C. h. d. c. 21. Sponsal. e. l. 16. §. 1. h.*

hodie  
tio per

ria ci-  
us vitæ  
d filius  
cum

(g) 3.  
iuxta  
hodie

i. Pro-  
mitur  
neget.  
h.

iuntur

t men-  
n. (1)  
it sine  
sus est

t, pu-  
n) Vel  
publi-  
lib. &  
non lic.

. desp.



matrimonii adjecta. *f* 6. Cognatio [ $\alpha$ ] inter  
 parentes & liberos, etiam adoptione factos  
 licet ea soluta sit. *g* [ $\beta$ ] Inter fratres & sor-  
 res, etiam adoptione factos donec ea durat.  
*b*. [ $\gamma$ ] inter eos, qui invicem parentum & li-  
 berorum loco sunt, *i*. iidem, etsi adoptione,  
 quæ durat, tales *k*. moribus ultra, sed illi va-  
 riant. 5. Affinitas inter eos, qui invicem sunt  
 instar parentum & liberorum: *l*. & instar fra-  
 trum & sororum, *m*. quales non sunt com-  
 privigni. *n*. Tria jure Can. erant genera affi-  
 nitatum, sed abrogata per *c. pen. de consang.*  
 6. Publica honestas. *o*. 7. Specialis prohibitio  
 legis, *p*. ut inter raptorem & raptam. *q*. &c.

8. Hæ nuptiæ ita nullæ sunt, ut nec vir nec  
 uxor, nec dos, nec pater jure intelligatur: *r*.  
 Inter servos contubernium tantum est, in quo  
 tamen eadem prohibitiones & jura naturæ  
 obtinent. *s*. Hodie justæ nuptiæ.

9. De cognatione notandum, quod in ea  
 sint lineæ & gradus. Linea est series graduum  
 seu generationum à stipite aliquo, iusto ordine  
 numeratorum numerus. Gradus est cujusque  
 generationis in linea, quo ejus ostenditur à  
 stipite distantia.

10. Linea est *i*. recta, quæ est eorum, qui ab

*f. c. fin. Cond. app. g. §. 1. h. h. §. 2. h. i. §. 3. b.*  
*k. §. 5. h. l. §. 6. §. 7. h. m. l. §. C. incest. nupt.*  
*n. §. 8. h. o. §. 9. b. p. §. 10. h. q. l. un. §. 1. C.*  
*Rapt. r. §. 12. h. s. §. 11. b.*

invicem  
 qui  
 com  
 rum  
 stipiti

II.  
 [med  
 scend

12.  
 ralis,  
 um, c  
 ti fun  
 trahit  
 utrius  
 est co  
 masc

13.  
 conju  
 dus n

14. J  
 in nu  
 ris; si  
 disp.

15.  
 recta  
 qvot in  
 rum c  
 qvot à

t. l.



invicem generati sunt, 2. Collateralis, eorum, qui non ab invicem sed tantum ab aliquo communi stipite. In ea parentum & liberorum loco sunt, quorum alteruter immediate stipiti communi proximo subest.

II. Recta est 1. ascendentium, à quibus nos [mediate vel immediate] nati sumus; 2. descendentium, qui à nobis.

12. Cognatio in genere triplex est 1. Naturalis, in specie cognatio dicta, quæ est omnium, qui ab invicem vel à communi stipite nati sunt. 2. Civilis, quæ per adoptionem contrahitur inter adoptantem ac adoptatum, & utriusque agnatos. 3. Mixta, seu agnatio, quæ est eorum, qui ex patre & avis paternis per masculos nati sunt, sive masculi sive foeminae.

13. Affinitas est inter conjugem & alterius conjugis cognatos: In affinitate proprii gradus non sunt: sed numerantur gradus conjugis, & hætenus esse dicuntur. *u.*

14. Juris Canonici eadem est computatio, sed in nuptiis tantum numerat gradus remotioris; si æquales sint, alterutrius, de quo alibi. vid. disp. *de comp. grad.*

15. Cum de duorum cognatione in linea recta quæritur, regula hæc est: *Tot sunt gradus quot inter utrumque generationes.* Cum de duorum collateralium, regula est: *Tot sunt gradus, quot à proximo communi stipite utrinque generationes.*

A 6

t. l. 4. §. 5. Gradib. u. l. 10. pr. cod.



*tiones. In adoptione: Agnati adoptantis & adoptati invicem sunt agnati. In affinitate: Qui conjugis meæ quocunque gradu cognatus est, is eodem gradu mihi affinis est.*

16. Inter affines, ascendentium & descendentium loco sunt, conjugis meæ ascendentes & descendentes, ut socer, socrus, privignus, privigna, vel ascendentium & descendentium meorum conjuges, ut vitricus & noverca; gesser & nutus.

17. Affinitas contrahitur per justas nuptias. *a. J. Can. per quamvis copulam carnalem. (y)*

18. Solvitur matrimonium 1. Divortio, quod est separatio conjugum animo in perpetuum non cohabitandi facta; *y. fieri potest ex justis causis. 2. Morte. z.*

19. Altera causa patriæ potestatis est Legitimation, quæ est modus juris civilis, quo liberi naturales fiunt legitimi, *a. modò consentiant. b.*

20. Est triplex: 1. Per oblationem curiæ, cum pater filium curiæ offert, vel filiam curiali nuptui locat. *c. 2. Per subsequens matrimonium, cum pater concubinam duci non vetitam uxorem ducit; d. etiam in ultimo articulo mortis; e. quod fieri debet confectis in-*

*x. l. 3. §. 4. §. 8 Gradib. y. c. 10. Probat in 6. y. tot. lit. de Divort z. l. 8. & sq. C. de repud. Nov. 22. a. §. f. h. b. Nov. 89. c. 11. c. l. 3. C. Nat. lib. d. §. f. h. Nov. 89. c. 8. e. l. 106. Cond. & tem.*



instrumentis nuptialibus. *f.* Hoc modo nepos quoque legitimatur mortuo patre, per nuptias avi. 3. Per rescriptum Principis, cum Princeps precibus oblatis rescripto suo jura legitimorum tribuit. *g.* modò 1. alteri modo locus non sit. *h.* 2. alii liberi legitimi tum non sint, aut, si sint, consentiant. *i.* Hæc fieri tantum potest à Principe, vel Comite Palatino, cui Princeps concessit.

*Tit. XI. De Adopt.*

1. Tertia causa pat. pot. est adoptio; quæ est modus juris civilis, quo quis eum, quem in potestate non habet, adsumit in potestatem, ac si in ea natus esset.

2. Est vel arrogatio, quâ paterf. autoritate Principis adoptetur; vel adoptio in specie, quâ filiusf. autoritate magistratus. *a.* Hic, nisi ab ascendente adoptetur, non transit in potestatem adoptantis, sed tantum succedit ab intestato. *b.*

3. Arrogatio omnis fit causâ cognitâ, *c.* imprimis verò impuberis: *d.* In quo insuper hæc specialia: 1. Arrogator cavet fidejussoribus, *e.* coram persona publica de arrogati bonis heredibus ejus restituendis, si impubes morietur. *f.* 2. Si hic impubes ex quacunq;

A 7

cau-

*f.* §. *f. h. g.* Nov. 89. c. 9. *h.* Nov. 74. c. 2. pr. *g.*  
*d. c. 9. i. d. c. 2.*

*a.* §. 1. *b.* §. 2. *h. c. l. 15. §. 2. h. d. §. 3. h. o.*  
*l. 2. C. b. f. d. §. 3. d. l. 2.*



causa exheredetur, *g.* vel sine iusta emancipetur, tum ex & sua bona omnia recipit, & arrogatoris bonis quartam ejus, quod ab intestato debetur; *h.* si ex iusta causa emancipetur, sua tantum. *i.*

4. Adoptare non potest, *i.* qui non est 18. annis major adoptato. *k.* 2. Castratus *l.* 3. In quo spes est prolis procreandæ, nisi singularibus causis. *m.* 4. Fœminæ, nisi ob orbitatem. *n.*

5. Adoptari potest quilibet consentiens, *o.* etsi ab alio adoptatus; *p.* ipse quoque filius emancipatus: *q.* in gradum quoque nepotis, *r.* etsi filius non sit *s.* si verò quis adoptet quasi ex filio, quem habet, hic consentire debet. *t.*

6. Adoptione tribuitur jus familiæ & agnationis; *u.* non nobilitatis, si plebejus adoptetur. Arrogatione tota arrogati familia acquiritur. *x.* si quis servum suum filium dicat, liber hic fit, non filius.

7. Unio prolis est pactum conjugum de liberis ex alio matrimonio natis in jus communium liberorum recipiendis. *y.* Fit autore iudice, & citatis, quorum interest.

*Tit.*

*g.* l. 8. §. 15. *Inoff. test.* h. d. §. 3. i. l. ult. *Si qbid in fraud. pat.* k. §. 4. *h.* l. §. 9. *h.* m. l. 15. §. 2. 3. l. 17. §. 2. 3. *h.* v. §. 10. *h.* o. l. 5. *h.* p. §. 8. *h.* q. l. 12. *h.* r. §. 5. §. 6. *h.* s. d. §. 5. r. §. 7. *h.* l. 43. *h.* u. l. 23. *h.* x. §. 11. *h.* y. §. ult. *h.*



*Tit. XII. Quib. mod. patr. pot.*

I. Solvitur patria potestas I. Morte natura-  
 II. Exc. si filius in alterius potestatem sit reca-  
 surus. *a.*

2. II. Civili, *b.* quæ est capitæ diminutio vel  
 maxima, quæ libertas tollitur, *c.* ut in servis  
 pœnæ, qui pœnæ in perpetuum ita addicun-  
 tur, ut desinant esse liberi, *d.* & c. vel media, *e.*  
 quæ civitas aufertur, *e.* uti deportatio, quæ  
 est pœna, quæ quis exuta civitate in certam in-  
 sulam defertur. *f.*

3. Non relegatione, *g.* quæ est pœna, quæ  
 quis salva civitate loco vel locis quibusdam  
 interdicitur, *h.* etsi perpetuâ.

4. III. Dignitate quodammodo, quæ à Cu-  
 ria liberat: *i.* non Doctoratu vel Clericatu.  
 Nec captivitate, *k.* sed captus, si redit, jure  
 postliminii utitur, quo omnia jura recipit, qua-  
 si semper in civitate mansisset; *l.* si antè mo-  
 ritur, legi Corneliæ locus est, quæ in momento  
 captivitatis mortuus, & ex eo jam jura ipsius  
 extincta finguntur. *m.*

5. IV. Expositione liberorum & c. *n.* V.  
 Hodie separatione familiæ: uti per nuptias fi-  
 liæ.

*a.* princ. *b.* b. §. 1. §. 3. *b.* c. §. 1. *Cap. dim.* *d.*  
*d.* §. 3. *e.* §. 2. *Cap. dim.* *f.* l. 6. pr. *Int. & rel.* *g.*  
 §. 2. *h.* l. 5. l. 7. *Int. & rel.* *i.* Nov. 81. c. 1. l. f.  
*C. Decur.* *k.* §. 5. *h.* l. 1. §. 1. *Capt. & postl.*  
*m.* l. 17. §. 1. eod. *n.* l. 2. *C. inf. expos.*



liæ. VI. Emancipatione, o. quæ inest etiam  
VII. Adoptioni. p.

6. Emancipatio est modus dimittendi liberos suos consentientes, r. è potestate patria. Facta olim per fictas venditiones, s. deinde rescriptio Principis; t. hodie fit coram ordinario iudice. u.

7. Si avus emancipet filium, is solus fit sui juris, non nepos. x. Exc. si post emancipationem conceptus sit. y. Idem in nepote, pronepote &c. z.

8. Hodie solus pater regulariter filios habet in potestate, non avus: adeoque solus emancipat.

### *Tit. XIII. De Tutel.*

1. Tutela, quæ definitur. §. 1. §. 2. b. est triplex. Testamentaria, legitima, dativa.

2. Testamentaria est, quæ jure patriæ potestatis iusto testamento datur.

3. Ea requirit 1. Ut paterf. dederit, 2. impuberibus. 3. in potestate constitutis, 4. nec in alius potestatem recasuris; a. etiam ex hereditatis, b. & posthumis; c. 5. testamento valido, vel codicillis eo confirmatis. d.

4. Tutor non ritè datus confirmatur à Præ-tore simpliciter, si pater vel emancipato, e. vel  
codi-

o. §. 6. b. p. §. 8. b. r. l. 5. C. Emancip. s. §. 6. b.

t. l. pen. C. Emanc. u. l. fin. C. cod. x. §. 7. b.

y. §. 9. b. z. d. §. 7.

a. §. 3. b. b. l. 4. test. tut. c. §. 4. b. d. l. 3. Test.

tut. e. §. fin. b.

codic  
mate  
stitui  
datio  
mixta  
tur le  
k. nec  
Qua  
test;  
gatur

I.  
non  
purè  
b. 3.  
illi f  
non  
e. N  
ti fac  
mat  
cunc  
SCto

2.

f.  
h.  
l.  
o.  
a.  
tu  
T



codicillis dederit; *f.* sed cum inquisitione, si mater vel quilibet alius ei dederit, quem instituit, *g.* quo casu minor magistratus satisfactionem exigit. *h.* Et hæ sunt species tutelæ mixtæ: qualis tutor quasi testamentarij præferatur legitimo; *i.* perdit excusando se legatum, *k.* nec cogitur satisfacere, nisi in dicto casu. *l.* Quasi dativus ante decretum nec gerere potest; *m.* nec excusare se tenetur; *n.* nec obligatur; *o.* nec ante datus tutor esse desinit. *p.*

### *Tit. XIV. Qui test. tut.*

1. Dari tutores testamento possunt omnes non prohibiti, etiam 1. filij. *a.* 2. servi proprii purè, alieni sub conditione, cum liberi erunt. *b.* 3. furiosi & minores; *c.* sed interim, dum illi sanæ mentis aut majores fiunt, curator, non tutor, datur: *d.* quod secus in aliis tutelis. *e.* Non possunt dari, 1. cum quibus testamenti factio non est. *f.* 2. Foemina: *g.* Exc. pupilli mater & avia viduæ: modò renuncient secundis nuptiis & Scto Vellej. *h.* hodie soli Scto, in Belgio nec huic renunciant.

2. Tutor testamento [non à magistratu *i.*] in

*f.* l. 1. §. 1. Conf. tut. *g.* l. 4. test. tut. *d.* l. 1. §. 1.

*h.* l. 5. Conf. tut. *i.* l. 3. eod. *k.* l. 32. Exc. tut.

*l.* l. 2. l. 3. Conf. tut. *m.* l. 5. eod. *n.* l. 1. C. eod.

*o.* l. 2. C. eod. *p.* l. pen. C. eod.

*a.* princ. *b.* b. §. 1. *b.* c. §. b. *d.* l. 10. §. pen. Exc.

tut. *e.* l. fin. C. leg. tut. *f.* l. 21. *b.* *g.* l. 16. l. fin.

Tutel. *h.* Nov. 118. c. 5. *i.* l. 77. R. 7.

tiam

i libe-

ria.

de re-

dina-

juris,

con-

&c. z.

habet

man-

st tri-

pote-

mpu-

c in

hare-

vali-

Præ-

e. vel

codi-

6. h.

7. h.

Test.



in diem vel sub conditione dari potest, *k.* & medio tempore alius tutor datur. *l.*

3. Tutor personæ datur, rebus consequenter. *k.* Exc. I. Aliquando ad certum actum. *l.*

2. Si patrimonia in diversis sint locis. *m.*

4. Qui filiis, idem filiabus [non contrà *n.*] & postumis, *o.* non nepotibus datus videtur: *p.* qui liberis, aut postumis, etiam nepotibus. *q.*

### *Tit. XV. De Legit. agn. tut.*

1. Tutela legitima est, quæ vi legis ab intestato defertur. Intestatus dicitur, qui moriens testamento tutorem non reliquit. *a.*

2. Legitimæ tutelæ locus est, si 1. non est testamentum, vel 2. est, sed nullus in eo tutor, *b.* vel 3. tutor inutiliter datus, vel 4. præmortuus est. *c.* Non verò, si remotus vel excusatus est, vid. *tit. 20.*

3. Competit illa l. 12. tabb. agnatis proximis: *d.* & si plures sint eodem gradu, omnibus. Iudex tamen ex iis aliquos eligere potest. *e.*

4. Agnationis seu familiæ jura sunt civilia, cognationis naturalia: *f.* illa omni capitis diminutione tolluntur; hæc tantum maximâ & mediâ. *g.* *Tit.*

*k.* §. 3. *h.* l. 1. *l.* 11. *h.* *k.* §. 4. *h.* l. 1. *l.* 9. *Tut. & cur.* *m.* l. 27. *eod.* l. 15. *h.* n. l. 45. *pr. legat.* 2. *o.* §. *fin.* *h.* l. 5. *h.* *p.* d. §. *f.* l. 6. *h.* *q.* *ibid.*

*a.* §. 2. *b.* *b.* d. §. 2. *c.* d. §. 2. *d.* *princ.* *h.* *e.* *Nov.* 118. *cap.* 5. *f.* §. *fin.* *h.* *g.* §. *penult.* *Cap. dim.*



*Tit. XVI. De Cap. dim.*

1. Capitis diminutio definitur in princ. h. est triplex. h. cujusque definitiones & exempla sunt in §. 1. §. 2. §. 3. h. quibus addantur tradita ad t. 12. Minima hodieque est emancipatio; media, proscripio.

2. Nec servus manumissus capite minuitur, i. nec dignitate motus. k.

*Tit. XVII. De leg. patr. tut. Tit. XLIX.**De leg. par. tut. Tit. XIX. De fid. tut.*

1. Legitima patronorum tutela est, quæ ex ratione l. 12. tabb. expressa defertur patronis eorumque liberis in libertos. tit. 17.

2. Parentum, cum ad exemplum patroni tutela emancipatorum defertur parentibus, qui emanciparunt, non verò liberis eorum. tit. 18.

3. Fiduciaria est, cum patre manumisso mortuo, ejus tutela transfertur ad ejus liberos justæ ætatis. His ergo ita deferri potest tutela 1. fratrum, 2. filiorum propriorum, 3. filiorum fratris. tit. 19.

4. Jure novo defertur legitima tutela ex ordine graduum 1. Ascendentibus masculis; cum quibus in suo gradu concurrunt mater & avia viduæ, modò renuncient 2. Cognatis & agnatis promiscuè. l.

*Tit.*

h. princ. h. i. §. 4. h. k. §. 5. h. l. Nov. 118. c. 5.



*Tit. XX. De Attil. tut.*

1. Dativa tutela est, quæ à magistratu datur, cui id lege vel moribus concessum est. *a.*

2. Datur 1. si nullus alius tutor est. *b.* 2. si sit alius, sed cujus tutela nondum jure cœpit. *c.* 3. si, quæ semel post mortem fuit tutela, in perpetuum desiit. *d.* 4. Si tutor sit captus, qui tamen reversus recipit; *e.* mortuo dativus succedit. *f.*

3. Ex tutela oritur actio tutelæ directæ, quæ datur pupillo contra tutorem finitâ tutelâ, *g.* ad rationes reddendas, & præstandam levem culpam; *h.* & contraria, quæ tutori contra pupillum ad recipiendas impensas, damna &c. *i.*

4. Eadem ratione dantur actiones protutelæ, si non sit tutor, sed gesit ut tutor. *k.*

5. Hodie in omni tutela requiritur, 1. decretum. 2. Jusjur. 3. cautio. 4. inventarium. 5. ut singulis annis rationes reddantur ex Ord. Pol. 1577. t. 17. sed 3. & 5. non observantur.

*Tit. XXI. De Aut. tut.*

1. Tutoris est 1. tueri personam pupilli *a.* 2. bona. 3. negotiis autoritatem præstare: de

*a.* l. 6. §. 2. Tutel. *b.* princ. *h.* *c.* §. 1. *b.* *d.* §. 5. Curat. *e.* §. 2. *h.* *f.* §. 2. leg. agn. tut. *g.* §. f. *h.* *h.* l. 1. pr. Tut. & rat. *i.* tot. tit. ff. de C. contr. *k.* tot. tit. Eo qvi pro tut.

*a.* t. t. ubi pup. educ. *b.* t. t. Adm. tut.

quo h  
gesti  
à præf

2. A  
natur

tem,  
gatur

k. & i

3. J  
civilis

berca

4.  
potes

dere.  
dia n

judic

5.  
contu

6.  
civilis

tutor

c.  
§. 2

pr  
obl

stip  
mi

l. 5  
t. 4



quo hic. Autoritas est negotii, cum pupillo  
gesti expressè, c. pure d. & in continenti e.  
à præsente f. tutore interposita approbatio. g.

2. Absque ea pupillus ex conventionem nec  
naturaliter obligatur: h. unde nec heredita-  
tem, etiam lucrosam, adire potest, i. at obli-  
gatur pars altera, quæ cum pupillo contraxit,  
k. & is, qui pro eo intercescit. l.

3. Exc. 1. Infante major obligatur quoque  
civiliter, si sit locupletior factus; m. & 2. pu-  
bertati proximus ex dolo. n.

4. Infans nihil, cum tutore, quoque agere  
potest, nisi corpore possessionem apprehen-  
dere. o. Cætera solus tutor agit. Nec præ-  
dia minorum alienari possunt sine decreto  
judicis, p. vel confirmatione Principis. q.

5. Tutor in rem suam autor non fit, r. sed  
contutor, s. qui si non fit, dabitur curator. t.

6. Autore tutore pupillus obligatur etiam  
civiliter, sed læsus vel actionem habet contra  
tutorem, u. vel restituitur in integrum. x.

Tit.

c. 1. 1. §. pen. Tutel. d. l. 8. h. e. §. 2. h. f. d.  
§. 2. g. l. 3. h. h. l. 41. cond. in d. i. §. 1. h. k.  
princ. h. l. 25. fidej. m. l. 5. p. 2. §. 1. h. l. 1. §. 13.  
obl. & act. n. l. 13. §. 1. dol. mal. o. §. 4. inut.  
stip. l. 3. C. adq. poss. p. tot. tit. C. de prad.  
min. q. l. 2. C. qband. decr. op. r. §. f. h. s.  
l. 5. pr. h. t. d. §. f. u. l. 1. pr. Tut. & rat. x.  
l. t. Minor.



*Tit. XXII. Quib. mod. tut. fin.*

1. Finitur tutela 1. anno 14to in maribus  
12mo in foeminis. *a.* 2. Morte *b.* 3. Capitis di-  
minutione, pupilli qualibet, *c.* tutoris maxi-  
ma & media; *d.* olim, quæ agnatis delata fuit,  
etiam minima. *e.* 4. Existente conditione, *f.*  
vel die *g.* 5. Si Tutor sit furiosus, mutus, sur-  
dus, prodigus. *h.* 6. Remotione. *i.* 7. Excusa-  
tione. *k.* Non transfugio. *l.* 8. Matris & avie  
tutela nuptiis finitur. *m.*

*Tit. XXIII. De Curat.*

1. Cura est vis ac potestas curandi negotia  
ejus, qui per ætatem aliamve causam ipse ea  
curare nequit.

2. Curator datur 1. Minori 25. annis, pube-  
ri, non invito, nisi 1. ad litem, *a.* 2. si debitor  
ei solvere velit. *b.* Hic semper est dativus, te-  
stamento tamen datus confirmatur, *c.* nec  
eà liberatur minor ante 25. annum, *d.* nisi  
masculus 20. aut foemina 18. annis major, ve-  
niam ætatis impetraverint: qui tamen nec  
tutelam nec bona immobilia administrare  
possunt. *e.*

3. II. Fu-

*a.* *prime.* *b.* *b.* §. 3. *b.* *c.* §. 1. *b.* *d.* §. 4. *b.* *Nob.*  
118. *c.* §. 5. *e.* *l.* 7. *Cap. min. f.* §. 2. *b.* *g.* §. 5. *h.* *l.*  
*pen. Tutel. i. tot. tit. susp. tut.* *k.* *tot. tit. Excus.*  
*tut. l.* *l.* 15. *Tutel. m.* *Nob.* 118. *c.* §.

*a.* §. 2. *b.* *b.* *l.* 7. §. 2. *Minor. e.* §. 1. *b.* *l.* 6. *Conf.*  
*tut. d. l.* 1. §. 5. *Minor. o. l.* 3. *C.* *Hic qbi ven. st.*



3. II. Furioso & prodigo, f. qui ipso jure sunt  
in potestate agnatorum; g. modò prodigus  
decreto declaratus sit. h. III. Muto, furdo,  
omnibusque, qui ipsi res suas curare neque-  
unt. i. IV. Bonis absentis. k. V. Hæreditati  
jacenti. l. VI. Ventri. m.

4. VII. Pupillo tutorem habenti tutor non  
datur sed curator. n. Hic I. loco tutoris da-  
tur, si tutor ad tempus impeditur; n. vel u-  
nus tutorum removetur. o. 2. tutori legiti-  
mo adjungitur curator, si minùs idoneè ad-  
ministrant; p. ut & reliquis tutoribus, modò  
non fraudulenter. q.

5. Curatorem ipse minor petere potest; r.  
non pupillus tutorem. s. Hunc petere tene-  
tur mater, t. & post eam proximi cognati. u.

6. A Curatore differt I. Procurator, qui est,  
quem pupillus tutore autore, vel hic lite con-  
testatâ solus constituit ad negotia pupilli ge-  
renda. x. 2. Actor, qui est, quem solus tutor  
vel curator casu impeditus suo periculo ex de-  
creto magistratus constituit. y.

7. Ho-

f. §. 3. h. g. l. 18. pr. *Qui test. fac.* h. l. 10. pr.  
*Cur. fur.* i. §. 4. h. k. l. 8. *Cur. fur.* l. l. 3 *Cur.*  
*fur.* m. l. 20. *Tut. & cur. dat.* m. §. 5. h. n. d.  
§. 5. o. l. 2. C. *in quib. caus. tut. p. d.* §. 5. l. 9.  
*susp. tut.* q. d. §. 5. r. l. 13. §. f. *Tut. & cur.* s.  
l. 2. pr. *Qui pet. tut.* t. d. l. 2. §. 1. u. l. 20. C.  
*Leg. bar.* x. l. 24. pr. *Adm. tut.* y. §. fin. h.



7. Hodie tutor continuare solet etiam curam: quæ Jure Sax. finitur 21. anno.

*Tit XXIV. Qui sat. cog.*

1. Satisdare est datis fidejussoribus cavere;  
a. non etiam pignoribus.

2. Satisdare coguntur tutores, 1. Legitimi.  
b. 2. Dativi. Exc. qui à majoribus magistratibus cum inquisitione dantur, c. vel testamento dati ita confirmantur. d. 3. Si quis solus velit gerere; vel alius eandem conditionem offerat. e.

3. Si plures sint tutores, magna tutela dividi solet, f. aliàs uni concedi, & scil. 1. quem testator, 2. quem major pars, 3. quem prætor elegit. g.

4. Pupillus tres habet actiones 1. contra tutores. b. 2. Horum fidejussores eorumque hæredes. i. 3. Contra magistratus, si non rectè cautum, & horum heredes ob dolum. k.

5. Tutores singuli tenentur in solidum, etiam ex gestu contutoris, l. & licet uni commissæ sit administratio. m. Nisi 1. tutela à testatore vel à judice divisa sit; n. vel 2. tutores

a. l. 1. pr. *Qui sat. cog.* b. l. 5. §. 1. *Leg. tut.* c. princ. h. d. l. pen. C. *tut. & cur.* e. §. 1. h. f. l. 3. §. f. *Adm. tut.* g. §. 1. h. h. sup. tit. d. *Attil. tut.* i. l. 3. *fidej. tut.* k. tot. tit. ff. & C. *mag. cons.* l. l. 2. C. *dis. tut.* m. Nov. 118. c. 5. inf. n. d. l. 2.

geren  
um  
petit.

I.  
subire  
excus  
iam l

2.  
men  
timè  
latæ v  
cecid

II.  
Stigal  
vatar  
rem  
Reve

annu  
mora  
qui n

(o

l. 1

(a

b.

(g

(k

(n

5.



gerentem suspectum fecerint. (o) 3. Beneficium quoque ordinis (p) & divisionis (q) iis competit.

### *Tit. XXV. De Excus. tut.*

I. Tutela est munus publicum, quod tutor subire cogitur. (a) Causæ tamen sequentes vel excusant, vel impediunt quoque volentes, etiam legitimos.

2. I. Numerus liberorum, (hodie 5.) qui tamen non profunt nisi uni parenti, (b) si legitime (c) ei nati sunt (d) & tempore tutelæ delatæ vivunt. (e) Pro vivis habentur qui in acie ceciderunt. (f)

II. Administratio fisci, (g) & conductio vectigalium, (h) aliarumque rerum Principis privatarum (i) aut fiscalium, (k) modò præsentem gerant. (l) III. Absentia reip. causâ. (m) Reversus veteres recipit, à novis vacat intra annum à reditu, (n) nisi finito negotio ulterius moratus fuerit. (o) IV. Magistratus, (p) etiam qui municipiis præsunt; (q) sed non inferiores.

B

res.

(o) l. 3. §. 2. *Adm. tut.* (p) l. 3. *C. div. tut.* (q) l. 1. §. 11. §. 12. *tut. & rat.*

(a) *pr. b.* (b) *d. princ.* (c) l. 2. §. 3. *b.* (d) *princ. b. l. 2. §. 6 b.* (e) *d. princ. d. l. 2. §. 4.* (f) *d. princ.*

(g) §. 1. *b.* (h) *l. un. C. ne tut. vel.* (i) l. 41. *b.*

(k) l. 5. §. 11 *Fur. imm* (l) l. 8. §. 1. *Vac. mun.*

(m) §. 2. *b.* (n) *d. §. 2.* (o) l. 4. *Vac. mun. l. 10.*

§. 3. *b.* (p) §. 3. *b.* (q) l. 6. §. 16. *b.*



res. (r) V Lis de hereditate vel maiore bonorum parte: (s) hodie quævis obligatio inter pupillum & tutorem. (t) VI. Tres tutelæ, (u) (vel una tam diffusa ut sit instar trium) (x) I. diversorum patrimoniorum, 2. non affectatæ, (y) nec 3. honorariæ, (z) nec 4. mox finienda. (a) VII. Paupertas, quæ imparem reddit tutelæ gerendæ; (b) IIX. Morbus quoq; qui inidoneum facit (c) IX. Si quis literas pingere vel legere nescit, etsi negotiorum sit capax: (d) non, si indoctus. (e) X. Inimicitia causa datus. (f) XI. Inimicitia capitalis cum pupillo ejusve patre, non reconciliata: (g) talis est, quæ vitam corpusque persequitur, non quæ solam famam. (h) XII. Si tutori status quæstionem pater movit. (i) XIII. Aetas 70. annis major. (k) XIV. Vel 25. annis minor; cui delata tutela hodie non subsistit; (l) olim suspensa erat. (m) XV. Militia. (n) XVI. Professores, (o) hodie omnes. (p) XVII. Icti in consilium Principis admissi, (q) aliique Principum officiis alli-

(r) l. 23. pr. l. 17. §. 4. h. (s) §. 4. h. l. 21. princ. eod. (t) Nov. 72 c. 1. (u) §. 5. h. (x) l. 31. §. f. h. (y) d. §. 5. (z) l. 15. §. 9. h. (a) l. 17. pr. h. (b) §. 6. h. l. 7. eod. (c) §. 7. h. (d) §. 8. h. (e) l. 6. §. ult. h. (f) §. 9. h. (g) §. 11. h. l. 3. §. 12. sup. tut. (h) l. 28. pr. §. 1. Pæn. l. 28. Rec. arb. (i) §. 12. h. (k) §. 13. h. (l) ibid. (m) l. 10. §. pen. h. (n) §. 1. h. (o) §. 15. h. (p) l. 6. C. Prof. & med. (q) l. 30. pr. l. 6. §. 12. h.



alligati. (r) XII. Translatio domicilii iussu Principis, scientis esse tutorem. (s) XIX. Ratione rerum, quæ extra domicilium tutoris sunt. (t) XX. Si quis extra domicilium suum datus est tutor. (u) XXI. Veteranis, nisi pupilli pater iisdem castris meruerit. (x) XXII. Clerici. (y)

3. Tutor, etsi hodie curam continuare possit, tamen, si nolit, excusatur. (z) Nec maritus potest esse curator uxoris suæ. (a) Est tamen paraphernorum legitimus administrator. (b) Hodie uxoris quoque legitimus curator.

4. Prædictæ causæ excusant saltem à tutela, quæ defertur, non etiam liberant ab antè susceptis: exceptâ 2. 3. 7. 8. & 15. (c)

5. Proponendæ sunt sine appellatione coram iudice intra 50. dies continuos à tempore notitiæ, (d) quibus, si ultra 400. lapides tutor absit, in singulos 20. lapides adduntur singuli dies. (e) Peragendæ autem intra 4. menses continuos à die nominationis. (f)

6. Qui tutor fuit, non cogitur invitus esse curator. (g)

B 2

7. Ex

(r) l. 11. §. 2. Minor. l. 30. l. 22. h. (s) l. 12. §. f. h. (t) l. 21. §. 2. h. (u) l. fin. §. f. h. (x) l. 8. b. (y) l. 52. C. ep. & cler. (z) §. 18. h. (a) §. 19. h. l. 14. Cur. fur. (b) l. 8. l. f. C. pact. conf. (c) §. 1 §. 2. h. l. 11. l. 8. pr. h. (d) §. 16. h. (e) d. §. 16. (f) l. 38. h. (g) §. 18. h.

ore bo-  
io inter  
elæ, (u)  
m) (x)  
affecta-  
ox fini-  
em red-  
oq; qui  
pingere  
apax: (d)  
à datus.  
llo ejus-  
est, quæ  
æ solam  
stionem  
majori  
ta tute-  
sa erat.  
res, (o)  
nfilium  
n officiis  
alli-  
21. princ.  
§. f. h. (y)  
h (d) §. 8.  
l. 3. §. 12.  
Rec. arb.  
§. pen. h.  
§. & med.



7. Ex falsis causis absolutus manet tutor,  
& periculo obnoxius. (i)

*Tit. XXVI. De susp. tut.*

1. Suspecti sunt, qui non ex fide vel hanc  
tutelam gerunt, (a) vel aliam gesserunt. (b)

2. Accusatio suspecti est quasi publica, (c)  
& competit omnibus, etiam foeminis pio affe-  
ctu ductis; (d) & ipsis minoribus, non pu-  
pillis. (e)

3. Contra quosvis tutores & curatores, (f)  
etsi satis offerant. (g)

4. Fit coram Magistratu, cui id in specie  
concessum, (h) à quo tamen mandari aliis po-  
test: (i) hodie, si nemini concessum, ordinario  
loci.

5. Accusatus interim suspenditur, (k) etsi  
satis offerat, (l) Damnatus i. removetur. (m)

2. Ob dolum, non latam culpam, fit infamis:  
(n) legitimo autem curator adjungitur, & fa-  
mae ejus parcitur. (o)

6. Si tutor latitet, ne praestet alimenta,  
removetur, & pupillus in bona ejus mittitur. (p)  
Si mentitur alimenta praestari non posse, vel  
tute-

(i) l. fin. C. si fals. all.

(a) §. 5. h. (b) l. 3. §. 8. h. (c) §. 3. h. (d) d. §. 3.

(e) §. 4. h. (f) l. 3. §. 3. h. §. 2. eod. (g) §. fin. h.

(h) arg. l. 6. princ. Off. Proc. §. 1. h. (i) l. 4. Off.

ej. cui mand. (k) §. 7. h. (l) l. 5. l. 6. h. (m) §.

fin. h. (n) §. 6. h. (o) l. 9. h. (p) §. 9. h.



tutelam redemit, (q) vel si libertus fraudulenter gerit, convenitur criminaliter. (r)

7. Si pupillus non habeat unde alatur, cognati non tenentur alere; sed, si nondum ejus sunt operæ, vel ex eleemosynis, vel ex publico alendus est.

8. Finitur morte suspecti: (s) & finitâ tutelâ. (t)

## Lib. II.

### Tit. I. De Rer. Div. & acq. rer. dom.

1. Res hîc est, quicquid in hominum usu esse potest, quâ tale, cum suis causis. (a) In aliis separari substantia rei & usus possunt, in aliis non possunt, ut quæ in abusu consistunt. (b)

2. Res sunt vel in patrimonio singulorum, vel extra illud. (c) Hæ sunt vel divini juris, quæ hominum usui vel abusu exemptæ sunt, & (d) vel humani, quæ non sunt.

3. Humani juris sunt 1. *Communes*, quæ omnibus hominibus competant. (e) 2. *Publicæ*, quæ uni populo, ejusve civibus. (f) 3. *Universitatis*, quæ corpori subordinato. (g) 4. *Nullius*, quæ nondum occupatæ sunt, possunt tamen. (h)

B 3

4. Com-

(q) §. 10. h. (r) §. 11. h. (s) §. 8. h. (t) §. 8. h.

(u) l. pen. h.

(a) l. 23. V. S. (b) §. 2. Usufr. (c) princ. h. (d)

§. 10. h. l. 8. pr. eod. (e) §. 1. h. (f) l. 15. V. S. (g)

§. 6. h. (h) §. 12. h.



4. *Communes* sunt, usus maris, littorum, (i) fluminum, riparum: (k) aër, aqua profluens, (l) ventus, lumen, transitus innoxius. (m)

5. *Publicae* sunt, proprietates fluminum & marium occupatorum, ac portuum; (n) ærarium, omniaque loca & jura publica & regalia. (o) Ex his quædam ita publica sunt, ut usus ad singulos cives pertineat. (p)

6. *Nullius* sunt I. proprietates marium, alvei marini & littorum, (q) (non riparum (r)) 2. feræ bestiae. (s) 3. Inventa in littore. (t) 4. Insulae in mari natae. (u) 5. Thesaurus. (x) 6. Pro derelicto habita. (y)

7. In maribus occupatis & fluminibus licitum hodieque est agere, quæ ad usum juris gentium communem pertinent, (z) & aquam ducere: (a) non molendina extruere, nec in littoribus ædificare habitandi causâ, nisi concessu magistratus, (b) nec usum eorum deteriores reddere. (c)

8. In ripis ea, quæ ad usum fluminis pertinent, quisque facere potest: reliqui usus ad proprietarium pertinent. (d)

(i) §. 5. h. (k) §. 4. h. (l) §. 1. h. (m) l. 24. pr. *Damn. inf. l. 1. pr. loc. publ.* (n) §. 2. l. pen. h. (o) l. 16. l. 17. §. 1. V. S. (p) l. 2. §. 5. *Ne quid in loc.* (q) §. 5. h. (r) §. 4. h. (s) §. 12. h. (t) §. 18. h. (u) §. 22. h. (x) l. 31. §. 1. A. R. D. (y) §. 46. h. (z) l. 24. pr. *Damn. inf.*

(a) l. 2. *flumin.* (b) l. 50. A. R. D. (c) l. 1. pr. *flumin.* (d) §. 4. h.



9. *Mare* est, quod constat littoribus, alveo & aquâ marinâ. *Littus* est, quatenus hybernus fluctus maximus excurrere potest, ut ne inundet. (e)

10. *Flumen* est, quod constat ripis, alveo & aqua profluente. *Ripa* est, quæ continet flumen plenissimum (f) *Alveus* est terra inter littora vel ripas media.

11. Divini juris sunt I. *Res sacra*, quæ Deo, auctoritate Principis, vel ejus, cui is commisit, consecratae sunt. (g) Ab his differunt *ecclesiasticae*, quæ sunt res ecclesiæ non consecratae. Illæ alienari non possunt, nisi in pias causas, (h) hæc possunt causâ cognitâ, pro usu aut necessitate ecclesiæ (i) Locus ab hoste captus definit esse sacer, (k) dirutus, manet. (l)

12. II. *Religiosæ*, quæ sunt loca, in quibus homo mortuus (vel caput hominis (m)) in perpetuum (n) illatus est, (o) ab eo, qui jure inferre potest. (p) Non potest in locum alienum, nec in quo alius jus habet. Exc. I. Commune sepulchrum (q) 2. Si alter consentiat. (r) Reliqua usum hodie non habent. Cœmeteria nec hodie sacra sunt.

13. *Sacra & religiosa sunt vel publica vel pri-*

B 4

(e) §. 3. b. (f) l. 3. §. 1. *Flum.* (g) §. 8. b. l. 9. *eod.*  
(h) §. 8. b. l. 21. C. SS. *Eccl. Nob. 120. c. 10.* (i) d. *Nob. 120. pass.* (k) l. 36. *Relig.* (l) §. 8. b. (m) l. 44. *Relig.* (n) l. 40. *eod.* (o) l. 42. *eod.* (p) l. 2. §. 2. *eod.* (q) §. 9. b. (r) d. §. 9.



*privata.* (s) In his privato quoque jus est, sed non ad usus profanos. (t)

14. III. *Sanctæ*, quæ sanctione, ab injuriis & abusu hominum exemptæ sunt. (u) Sanctio est pœnalis constitutio. (x) Tales sunt, portæ & muri, etiam municipium; (y) Principes, legati, &c. (z)

15. In patrimonio singulorum est vel Jus *in re*, quod quadruplex est: 1. Hereditas. (a) 2. Dominium. 3. Servitus. 4. Pignus. (b) Vel *ad rem*, quod idem quadruplex: inf. de Oblig. Possessio ad neutrum pertinet, sed est facti, (c) mutuatur tamen ex utroque jure. (f)

16. Singulorum sunt res 1. Jure gentium. 2. Jure civili. (g) Jure gentium acquirimus, vel nudo facto nostro: qui modi quatuor sunt. 1. Occupatio rei, quæ nullius vel hostis est. 2. Specificatio & commixtio interdum. 3. Perceptio iusta fructuum ex re aliena. 4. Traditio ex iusta causa. Vel per rem nostram: ut 1. si ex re nostra producitur. 2. rei nostræ accedit.

17. Hic modus acquirendi I. est occupatio, quæ est actus, quo rem in nostram potestatem

(s) l. 9. §. 1. Ad l. Jul. Pec. (t) l. 14. §. 1. Servit.

(u) § 10. h. l. 8. l. 9. §. 3. h. (x) l. 41. Pœn. (y) l. 8. §. 2. l. 9. §. 4. h. (z) d. l. 8. §. 1.

(a) l. 1. Her. pet. (b) §. 1. Actio. (c) §. 2. cod.

(d) § 7. cod. (e) l. 1. §. 3. Acq. poss. (f) l. 49. cod.

(g) §. 11. b.

tem  
gim  
funt  
vena  
ra be  
resta  
Not.  
tis, (c  
buit  
cūm  
retine  
ejus p  
cūm  
posui  
(p) IV  
non  
vis ci  
vone  
exam  
18.  
spect  
est in  
nem  
ergo

(h)  
poss  
jur  
(q)  
§. 1.



tem & custodiam, animo ejus habendæ, redi-  
gimus. (b) Eâ acquirimus res nullius: (i) ut  
sunt I. Feræ, quæ venatio dicitur, & est triplex;  
venatio, in specie, piscatio, aucupium. (k) *Fer-  
ra* bestia est quæ suâ naturâ non nisi vi in po-  
testate nostra manet: *mansveta*, quæ ultrò.  
Not. I. Fera etiam in alieno capta fit capien-  
tis, (l) sed is tenetur domino, si antè prohi-  
buit, injuriarum, (m) II. *Capta* intelligitur,  
cùm certum est, non amplius evasuram; (n)  
*retineri*, donec in conspectu est, nec difficilis  
ejus persecutio. (o) III. Laqueo capta videtur,  
cùm expedire se nequit; in alieno, cùm, qui  
posuit, prohiberi quoque nequit, quin capiat.  
(p) IV. Occupati censentur pisces in piscinis,  
non rivis privatis; & feræ in vivariis, non syl-  
vis circumseptis. Feræ quoque sunt apes, pa-  
vones, columbæ. (q) *Fabi* sunt fructus apum;  
*examen*, fœtus. (r)

18. *Mansveta* retinetur, etsi non sit in con-  
spectu, (s) donec spes est recuperandi. (t) Idem  
est in feris, quæ eundi & redeundi consuetudi-  
nem habent, donec eam retinent. (u) Secus  
ergo in examine apum. (x) Hodie omnis ferè  
vena-

B 5

(h) l. 55. A. R. D. (i) §. 12. h. (k) l. 1. §. 1. Acq.  
poss. l. 1. §. 1. Pro suo. (l) §. 12. h. (m) l. 12. f. In-  
jur. (n) §. 13. h. (o) §. 12. h. (p) l. 55. A. R. D.  
(q) §. 14. §. 15. h. (r) §. 14. h. (s) §. 16. h. (t) l. 3.  
§. 13. Acq. poss. (u) §. 14. §. 15. h. (x) §. 14. h.



venatio gravi poena, [ quæ injusta non est, ]  
prohibetur, & inter regalia refertur.

19. 2. Res hostiles, quæ cedunt Principi. (y)  
Exc. 1. res mobiles privatim captæ, capienti.  
(z) 2. Receptæ, pristino domino. (a)

20. 3. Inventa in littore; (b) quæ acquiritur ei,  
qui prior cepit, non qui prior vidit; (c) Hodie  
ferè fisco. 4. Insulæ in mari natæ. (d) Insu-  
la est, quæ aquis tota circumluitur.

21. Modus II. est *fœtus*, qui sequitur ven-  
trem.

22. III. *Alluvio, Anhang*/ est incrementum  
latēs, quod prædio nostro vi fluminis paulatim  
adjicitur. (e) Hæc cessat 1. in mari (f) 2. in la-  
tibus & stagnis. (g) 3. in agris limitatis. (h) 4.  
in fluviis privatis. (i) Agri *limitati* sunt, qui  
habent certos limites vel factos vel quantita-  
te comprehensos. *Arcifinii*, qui non habent  
fines nisi naturales, ut flumina &c.

23. IV. *Crusta*, quæ alii prædio vi fluminis  
avulsa in nostro radices egit, vel coaluit. (k)  
Nec dominus precium ejus repetere, sed ipsam  
ante coalitionem vindicare potest. (l)

24. V. *Insula fluminis, Wörd*/ alibi *Uwe*/  
quæ

(y) l. II. pr. *Evid.* l. pen. *Ad l. Jul. Pec.* (z) §. 17. h.

(a) l. 28. *Captiv.* (b) §. 18. h. (c) l. 8. *Acq. poss.*

(d) §. 22. h. (e) §. 20. h. (f) l. I. §. 5. *flumin.* (g)

l. 12. *A. R. D.* (h) l. 16. *eod.* (i) *arg. l. 6. Fin. reg.*

(k) §. 21. h. (l) l. 9. §. I.



quæ nascitur, vel *intra*, vel *extra* ripas circumluendo agrum vicinum. Hac dominium non mutat; *illam* acquirunt prædia vicina pro parte, cuique prædio proxima, & pro cuiusque latitudine, quæ ad ripam est: in quo inspicitur prima origo ejus. (m)

25. Cessat hoc jus, ut alluvio: *sup. th. 21. (n)* & præterea, si insula ex virgultis orta fluvio innatet. (o)

26. VI. *Alveus* non paulatim, sed uno impetu desertus acquiritur vicinis ut insula; novus alveus fit populi. (p) Cessat itidem ut alluvio, *d. th. 21. (q)* & præterea, si totus ager vicini inundatus iterumque desertus fuerit, restituitur veteri domino. (r)

27. His casibus servitutes amittuntur & restituntur, quoties proprietas. (s) Si autem interim lapsu temporis præscriptum est servituti, datur restitutio in integrum. (t) Hodie hæc incrementa fluvialia, inter regalia fisco ferè cedunt, alluvio tamen ut plurimum adhuc vicinis.

28. Inundatio dominium non aufert. (n) Ea est, cum aqua inundans novum alveum

B 6

non

(m) §. 22. b. l. 30. §. 2. A. R. D. (n) l. 1. §. 5. flumin. l. 1. §. 6. eod. (o) l. pen. §. 2. A. R. D. (p) §. 23. b. d. l. 30. §. 3. (q) d. l. 1. §. 5. §. 7 flumin. l. 24. §. f. Aq. plus. (r) l. 7. §. 5. inf. A. R. D. (s) l. 23. Quib. mod. us. am. (t) l. 1. §. 9. Itin. act. priv. (u) §. 24. b.

on est,]

ncipi. (y)  
capienti.

iritur ei,

c) Hodie

d) Insu-

tur ven-

mentum

paulatim

2. in la-

is. (b) 4.

nt, qui

tantita-

habent

fluminis

uit. (k)

d ipsam

i Alve-

quæ

§. 17 b.

acq. poss.

min. (g)

Fin. reg.



non fecit. Novus alveus fit, cum aqua inundans intra proprias ripas perpetuo decurrit.

29. VII. *Specificatio* est, quâ ex aliena materia nova species conficitur. Per eam acquirimus, cum nostro nomine, (x) bona fide, (y) speciem fecimus, quæ ad priorem materiam reverti non potest. (z) Idem est, si pars talis materiæ nostra fit, (a) nisi alteri jure accessionis cedat. (b) Talis materia est carina, & quædam tabulæ navis, (c) item vinum; non grana spicæ. (d)

30. IIX. *Accessio*, quâ res rei alterius prævalentiori ita jungitur, ut quasi una species cum ea fiat. Illa cedit principali. (e) Exc. si integra separari potest, ad exhibendum agitur, uti si brachium statuæ per applumbationem jungitur, (f) vel gemma annulo. (g) Non, si tignum ædibus. (h) Res prævalens est i. sine qua altera esse non potest, (i) 2. cujus ornandæ causâ altera adhibetur. (k)

31. Domino rei amissæ datur i. Actio in factum, ad ejus precium. (l) 2. Possidenti exceptio, etiam pro impensis b. f. factis. (m) 3.

Con-

(x) l. 7. §. 7. A. R. D. (y) l. 12. §. 3. Ad exh.  
(z) §. 25. b.

(a) d. §. 25. (b) §. 26. b. (c) l. 61. Rei vind. l. 24. l. 26. A. R. D. (d) l. 7. §. 7. eod. (e) §. 26. h. (f) l. 23. §. 5. Rei vind. (g) l. 6. Ad exh. (h) d. l. 23. §. 6. d. l. 6. (i) d. l. 23. §. 2. (k) l. 19. §. 12. Aur leg. (l) l. 23. §. 5. Rei vind. (m) l. 14. dol. mal. exc.

Con  
ad ex

32  
na m  
res fi  
ttriu  
fusa  
la; h  
domi  
cies n  
speci

33  
na re  
pro r  
volun  
vicem

34  
no. (s)

35  
i. Ad  
etiam  
tignu  
Excep  
Exc. f

(n)  
Sini  
b. d  
l. 7  
§. 6  
(z)



Contra eum, qui mala fide junxit, actio furti,  
ad exhibendum, condictio furtiva &c. (n)

32. IX. *Confusio* est, quā ex nostra & alie-  
na materia liquida unum corpus fit. Per eam  
res fit pro rata communis, cum vel casu vel  
utriusq; domini voluntate aut nomine con-  
fusa est. (o) Exc. si separari possint, ut metal-  
la; hodie etiam æs & aurum. (p) Si verò unus  
dominorum suo nomine confuderit, nec spe-  
cies nova ad priorem materiam reverti possit,  
specificatio est. (q)

33. X. *Commixtio* est, quā ex nostra & alie-  
na re solida unum aggregatione fit. Per eam  
pro rata res fit communis, cum vel utriusque  
voluntate mixta est; vel, si minùs, res ab in-  
vicem separari non possunt, ut grana. (r)

34. XI. *Ædificium* cedit solo soli q; domi-  
no. (s) at materia manet ejus cujus fuit. (t)

35. Domino materiæ datur *Stante ædificio*.  
1. Actio de tigno juncto in duplum precii, [u]  
etiam contra b. f. possessorem, (x) nec potest  
tignum eximere, nisi sine ruina possit. (y) 2.  
Exceptio pro impensis, si b. f. possideat. [z]  
Exc. si ipse mala fide fecerit, nec actio nec ex-  
ceptio

B 7

(n) §. 26. h. (o) §. 27. h. (p) l. 5. §. 1. & 2. Rei  
vind. l. 12. §. 1. A. R. D. (q) d. l. 5. §. 1. (r) §. 28.  
b. d. l. 23. §. 5. (s) §. 29. b. (t) l. 23. pr. & f. usuc.  
l. 7. §. 2. Exc. rei jud. (u) §. 29. b. (x) l. 23.  
§. 6. Rei vind. (y) l. 98. f. Solut. l. 6. Ad exhib.  
(z) l. 14. Dol. exc. §. 30. h.



ceptio datur; (a) sed tollere potest, sine dispendio domini aræ, (b) modò possideat. (c) *Diruto*, rei vindicatio. Exc. 1. si duplum jam consecutus, (d) nec tignum furtivum est. (e) 2. Si ipse mala fide fecit; si tamen possidet, tollere potest sine dispendio domini, (f) aliàs donâsse videtur. (g)

36. XII. *Planta* cedit solo, ex quo coaluit; semen, statim. (h) Utriusque domino, ut in *th.* 33. datur 1. Actio in factum. 2. Exceptio. 3. Actio furti, &c. (i)

37. Arbor in confinio posita, utrique pro rata communis est pro diviso, (k) eruta, pro indiviso. (l) Exc. Si radices egerit in unum fundum, ei soli cedit, (m) etsi extenderit eas in alterum. (n)

38. XIII. Scriptura cedit chartæ (o) [hodie fecus.] Non verò pictura tabulæ: (p) Domino tamen tabulæ datur 1. utilis in rem ad precium. (q) 2. exceptio si possideat; 3. furti, &c. uti in *thes.* 23. (r)

39. Hodie omnibus his casibus etiam pro impensis actio datur in eum, qui factus est locupletior.

40. XIV.

(a) §. 30. b. (b) l. 37. *Rei vind.* (c) §. 30. b. (d) §. 29. *in f.* (e) l. *fin.* *Tign. junct.* (f) d. l. 37. [g] §. 30. b. l. 2. *C. rei vind.* (h) §. 32. b. [i] l. 23. §. 5. *Rei vind.* d. §. 35. & §. 26. b. (k) l. 7. *inf.* l. 8. *A. R. D.* (l) l. 19. *Comm. dis. l. pen. Pro fœs.* [m] §. 31. b. [n] l. 19. §. f. *Arb. furt. cas.* [o] §. 33. b. [p] §. 34. b. [q] §. 34. b. [r] d. §. 34.



40. XIV. *Perceptio legitima fructuum ex re aliena.* *Fructus* est utilitas, quæ ex re fructuendi causâ salvâ substantiâ ejus provenit. Est vel *naturalis*, quem natura producit accedente hominis factô & industria; ut fructus arborum: vel *industrialis*, quem hominis industria, accedente operâ naturæ; ut segetes. [s]

41. Alio sensu fructus est vel *naturalis*, qui naturaliter è re oritur: ut fructus è prædio, operæ è servo: vel *civilis*, qui civiliter, seu jure, uti merces è locatione, usura è sorte. [t]

42. Regula est: Fructus pars rei sunt & rei dominum sequuntur. [u] Exc. Nisi alius habeat jus eos percipiendi, quod triplex est.

43. I. Ex ficto dominio; quo is, qui bona fide, (x) & justo titulo (y) rem possidet, acquirit omnes fructus perceptos, (z) etiam naturales, (a) irrevocabiliter; (b) etsi factus sit locupletior. (c) Extantes dominus vindicare potest, (d) & hodie perceptos, quatenus possessor locupletior est, condicere; à malæ fidei possessore verò, [qualis est omnis possessor post judicium cœptum (e)] omnes, etiam percipiendos, repetere. (f)

44. II. Ex jure servitutis, quo fructuarius omnes

(s) l. 45. *Usur.* (t) l. 62. *pr. Rei vind.* (u) l. 44. l. 49. § 1. *ead.* (x) § 35. *b.* (y) § 35. *b. l. 45. Usur.* (z) § 35. *b.* (a) l. 48. *pr. A. R. D.* (b) l. 22. *C. rei vind.* (c) § 35. *b. d. l. 22.* (d) d. l. 22. (e) d. l. 22. (f) l. 62. § 1. *Rei vind.*



omnes fructus percipiendo plenè acquirunt, (g)  
inf. de Usufr.

45. III. Ex jure ad rem; quo colonus, commodatarius &c. itidem percipiendo acquirunt. (h)

46. Not. I. Bonæ fidei possessor percepisse dicitur, ex quo fructus à terra separati sunt; (i) fructuarius & colonus, &c. ex quo ipsi suo facto, vel alii eorum nomine in custodiam suam receperunt: (k) nisi fructus sint, qui sine facto hominis separantur, uti foetus. (l) Actio tamen iis contra dominum datur, si fructus sine facto suo separati sint. (m) 2. Fructuarii heres fructus pendentes, etsi maturos, separare non potest, (n) possessoris & coloni heres potest. (o) 3. Foetus in fructu est, partus non est, (p) sed opera ancillæ. (q) 4. Fructuarius tenetur conservare proprietatem; (r) gregem, si quædam capita defecerint, ex agnatis (s) supplere; (t) arboribus demortuis [non ven- to dejectis (u)] alias substituere. (x)

47. XV. *Thesaurus* est vetus depositio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat. (y) Eum qui in suo loco

[pro-  
(g) §. 36. h. (h) §. 36. inf. h. (i) l. 78. Rei vind.  
(k) l. 13. Quid. mod. us. am. (l) l. 28. pr. Usur.  
(m) l. 12. §. fin. Usufr. l. 26. §. 1. furt. (n) §. 36. h.  
(o) l. 10. C. locat. (p) §. 37. h. (q) §. 29. Her. pet.  
(r) l. 44. Usufr. (s) l. 68. §. f. cod. (t) §. 38. h. (u)  
l. 59. pr. Usufr. (x) §. 38. h. (y) l. 31. §. 1. A.R.D.

[pro-  
tum  
dividi  
locis

48.  
2. In f.

49.  
trans

& cul

ex ju

qui ju

nond

aut fi

proba

acced

rei si

50.  
trans

etum

fuit.

etum

vend

etus

51.  
nisi à

cessa

(z)  
(c)  
R.  
sol  
l. 3.



[profano, vel sacro aut religioso] invenit, eo-  
tum acquirit; (z) qui in alieno, etsi publico,  
dividit cum domino soli. (a) Hodie pluribus  
locis fiscus vindicat.

48. Cessat 1. si vetitis artibus quæsitus. (b)  
2. In sacro & alieno, si datâ operâ. (c)

49. XVI. *Traditio*; quæ est actus, quo res  
transfertur ab altero in alterius potestatem  
& custodiam. (d) Per eam acquiritur, si fiat  
ex justa domini transferendi causa, (e) ab eo  
qui jure potuit. (f) Exc. si pro re vendita,  
nondum pretium solutum, aut satisfactum,  
aut fides de precio ritè habita non est. (g) Quæ  
probanda ab emtore. (h) Hodie rebus soli  
accedet quoque judicialis confirmatio in loco  
rei sitæ.

50. *Justa causa* dicitur negotium, ex quo  
transferri dominium jure potest. (i) *Satisfa-*  
*ctum*, quocunque modo debitor contentus  
fuit. (k) *Fides* de pretio habita, cum id a-  
ctum, nec statim pretium solvatur; modò  
venditor id agere potuerit; nec dolo indu-  
ctus sit. (l)

51. Tradere ita potest dominus; non alius,  
nisi à domino vel lege administratio ei con-  
cessa sit. (m)

52. Tra-

(z) §. 39. h. (a) §. 39. h. (b) l. un. C. *Thesaur.*

(c) §. 39. h. d. l. un. (d) §. 40. h. (e) l. 31. pr. A.

R. D. (f) l. 20. pr. eod. (g) §. 41. h. (h) l. ult. C.

solut. (i) d. l. 31. pr. (k) l. 9. §. 3. *Pign. act.* (l)

l. 3. eod. Nov. 136. c. 31. (m) §. 42. h.

irit, (g)

s, com-  
acqui-

episse

unt; (i)

suo fa-

um su-

i sine

Actio

uctus

etuarii

epara-

heres

as non

ariis

egem,

is (s)

ven-

io pe-

m do-

o loco

[pro-

bind.

Usur.

36. h.

r. pet.

h. (u)

R. D.



52. Traditio est vel *vera*, quæ est rerum corporalium; vel *quasi*, quæ incorporalium. (n) Deinde est vel *propria*, quæ propriè & verè fit: vel *impropria*, quæ quadruplex est:

1. Fictio brevis manûs, cùm res præsens (o) consensu partium pro tradita habetur, etiam tradita non sit. (p)

2. Longæ manûs, cùm res in conspectu nostro duntaxat posita pro tradita habetur; uti si ex turre demonstratur. (q)

3. Ex constituto, cùm res quæ jam antè penes nos est, ex nova causa utriusque consensu tradita intelligitur: uti si res apud nos deposita nobis postea venditur. (r)

4. Symbolica, quâ loco rei signum aliquod accipitur animo apprehendendæ possessionis: uti signatio trabium; (s) traditio instrumentorum domus, (t) aut clavium præsentis horrei. (u)

Misfilium acquisitio mixta est ex jure occupationis & derelicti. (x) Illa permissa sunt jure novissimo, (y) non tamen hodie, nisi à Principe vel ejus legato fiant.

53. XVII. Pro derelicto habetur, quod dominus

(n) l. ult. Servit. (o) l. 1. C. 21. Acq. poss. (p) l. 3. §. pen. Don. int. conj. (q) l. 79. Solut. l. 8. §. 2. Acq. poss. (r) §. 43. b. l. 77. Rei vind. l. 28. C. Donat. (s) l. 14. §. 1. Per. & comm. (t) l. 1. C. Donat. (u) l. 74. Contr. emt. §. 44. b. (x) §. 45. b. (y) Nov. 105. c. 2. l. 2. C. consul.



minus ea mente abiecit, ut in numero rerum suarum esse nolit. Cedit ergo occupanti; (z) à non domino derelicta, usucapitur. (a)

§4. Tale non est, quod levandæ navis causâ jactatur; nec, quod ex rheda corrente cecidit, aut aliàs amissum est; verùm ejus furtum fit. (b) Exc. 1. Si jactus fiat in loco, ubi spes recuperandi non est. (c) 2. Si dominus inveniri non possit. (d)

### Tit. II. De reb. corp. & incorp.

1. Res *corporalis* est, cujus substantia in ipso corpore consistit; *incorporalis*, ad cujus substantiam corpus non pertinet; ut hereditas, servitus, obligatio; (f) pecunia ut quantitas spectata. (g)

2. Res corporalis vel *mobilis* est, quæ solo non cohæret; vel *immobilis*, quæ soli est, seu solo cohæret. Ea vel *naturâ* talis, quæ ita affixa solo est, ut nisi avulsa moveri inde nequeat; vel *jure* seu *civiliter*, quæ cohæret loco, in quo ad perpetuum ejus usum posita est: (h) uti machinæ bellicæ arcium, &c. pisces qui in piscinis, & feræ, quæ in vivariis propagationis, causâ habentur. Non molendina navalia, (i) nec ulla pecunia numerata. (k)

### 3. Res

(z) §. 46. h. (a) tit. ff. Pro derel. (b) § fin. h.  
(c) l. 43. §. pen. Furt. (d) arg. l. 31. §. 1. A.R.D.  
(f) §. un. h. (g) l. 46. Cond. ind. (h) l. 17. §. 7.  
Act. emt. (i) l. 1. §. 7. Vi arm. (k) Nov. 2. c. 4. in f.



3. Res incorporalis huc non pertinet, sed sequitur naturam rei cui inhæret: uti redditus annui è prædiis, [1] & actiones reales pro rebus soli inter immobilia referuntur. [m]

### Tit. III. De Servitutib.

1. Servitus in genere est jus in re aliena constitutum, quo alius aliquid pati vel non facere in suo cogitur ad nostram vel prædii nostri utilitatem, (a) quâ continetur & voluptas & amœnitas. (a)

2. Servitus I. est *Personalis*, quâ utilitas ex re aliena personæ nostræ debetur, estque quadruplex, *Ususfructus*, *Ufus*, *habitatio*, *operæ servorum*. 2. *Realis*, qua utilitas ex prædio alieno debetur prædio nostro.

3. Prædium est I. *Rusticum*, quod primariò est propter usus rusticos. II. *Urbanum*, quod primariò est propter usus urbanos, etsi rursum positum sit, ut ædificia. (b)

4. Hinc servitus prædiorum est I. *Rustica*, quam prædium prædio debet, ad usum ejus rusticum. II. *Urbana*, quam prædium prædio debet ad usum ejus urbanum.

5. Rusticæ sunt hæ: I. *Iter*, est jus eundi hominis. II. *Actus*, jus agendi jumentum vel vehiculum. (c) Est vel *plenus*, cum utrumque

[1] l. 14. pr. C. Sacr. Eccl. [m] l. 15. §. 3. Qbi  
sat. cog. [a] l. 15. §. 1. b. [a] l. 13. §. 4. Usufr. [b]  
§. 1. b. [c] pr. b.



ferri potest, vel *minus plenus*, cum alteru-  
trum. (d) Actui tacite inest iter, ut & sine  
jumento ire possit, nisi aliud actum sit. (e)  
III. *Via* est, per quam quidvis ferri potest.  
Ea suâ naturâ iter & actum, & omnes trans-  
mittendi modos innoxios continet. [f] La-  
tudo ejus est 8. pedum in porrectum, 16. in  
anfractum. [g] IV. *Aqueductus* est jus aquæ ex  
alieno vel per alienum ducendæ, agri rigandi  
vel siccandi gratiâ: [h] etsi aqua nondum  
inventâ sit. [i] Aquæ usus alii concedi ne-  
quit. [k]

6. Tales quoque sunt. V. *Aquæ haustus*, cui  
iter inest, sed tantum ad hauriendum. [l]

VI. *Pecoris ad aquam appellus*, cui actus in-  
est. VII. *Jura pascendi*: compascua verò,  
Koppel. Weidē/ raro jure servitutis consti-  
tuuntur. IIX. Jus calcis coquendæ. IX Are-  
næ & cretæ fodiendæ. X. Instrumenta fundi  
ex alieno sumendi &c. [n]

7. Servitutes rusticæ dominum ab eodem  
usu non excludunt. [o]

8. Servitutes urbanæ in primis sunt. I. *Oneris ferendi*, quâ vicinus cogitur pati, ut paries  
ipsum

[d] l. 13. b. [e] pr. b. l. 4. §. 1. Si serv. vind. [f]

pr. b. l. 7. Serv. rust. [g] l. 8. cod. [h] l. 29. cod.

[i] l. 10. cod. [k] l. 33. §. f. cod. [l] l. 3. §. f. cod.

[m] §. 2. cod. [n] l. 5. l. 6. cod. [o] l. 6. C. b.



ipſius ipſas ædes meas aliqua parte ſuſtineat, eumque in finem parietem reficere, vel derelinquere. [p]

II. *Tigni immittendi*, quâ cogitur pati, ut ex ædibus meis ſaltem tignum in parietem ipſius immittatur.

III. *Stillicidii vel fluminis recipiendi*, quâ cogitur pati, ut aqua mea cadat in ipſius aream: Dicitur etiam *non avertendi*, quia vicinus avertere non poteſt. [q]

IV. *Stillicidii vel fluminis non recipiendi*, quâ cogitur pati, ut ipſius aquam in meum prædium avertere ac recipere poſſim, unde & *avertendi* dicitur, & utilis eſt, ubi aquæ penuria eſt. *Stillicidium* eſt aqua, quæ guttatim cadit. *Flumen* eſt aqua, quæ continuo fluxu labitur. [r]

V. *Altius non tollendi*, quâ vicinus non poteſt in ſuo altiùs ædificare, at arbores ponere poteſt. [t]

VI. *Altius tollendi*, quâ vicinus cogitur pati, ut, ubi lege loci id invito vicino non licet, ædes meas altiùs tollam.

VII. *Non officiendi luminibus vel proſpectui*, quâ vicinus non poteſt in ſuo aliquid facere, quod lumini vel proſpectui prædii mei officiat.

VIII. *Officiendi luminibus vel proſpectui*, quâ vicinus

[p] l. 6. §. 2. Si ſerv. vind. [q] l. 2. Serv. arb. [r] l. 20. §. 5. l. 28. cod. [s] l. 12. cod.



vicinus in suo cogitur pati, ut, ubi id quoque jure loci aliàs non licet, lumini vel prospectui ipsius officiam. *Lumen* est, quo cœlum videri potest, & semper est ex superiore loco. *Prospectus*, quo vel cœlum vel terra; & adeo ex inferiore quoque loco esse potest (t)

IX. Servitus *luminum* est, quâ vicinus cogitur pati, ut in ipsius vel communi pariete aperto lumina habeam. [u]

X. *Projiciendi, protegendique*, quâ cogitur pati, ut pars ædium mearum in ipsius aream ita porrigatur, ne in solo ejus quiescat. [x]

9. Ut servitus prædialis cōstituatur, requiritur, ut 1. uterque habeat prædium, [y] vel speret futurum, [a] 2. vicinum. [b] 3. servitus prædio dominantis utilis sit vel esse possit; [c] 4. causam habeat perpetuam, etsi non continuam. [d]

10. Eam constituunt soli prædiorum domini. [f] Exc. Si ususfr. alienus sit, ne quidem consensu fructuarii, modò conditio ejus deterior fiat. [g] Acquiri & amitti pro parte prædii non potest, retineri potest: [h] Nec ita constitui, ut cœnare &c. in vicino liceat, [i] nec

[t] l. 16. Serv. Urb. [u] l. 4. & l. 40. cod. [x] l. 242. §. 1. Verb. sig. [y] §. pen. h. [a] l. 23. §. f. Serv. urb. [b] l. 5. §. 1. Serv. rust. [c] l. 15. pr. h. [d] l. 28. Serv. Urb. [f] l. Comm. præd. [g] l. 15. §. f. l. 16. Usufr. [h] l. 8. §. 1. h. [i] d. l. 8. pr.

te susti-  
cere, vel  
pati, ut  
parietem  
quâ co-  
is aream;  
vicinus a-  
endi, quâ  
m prædi-  
e & aver-  
nuria est.  
n cadit.  
uxu labi-  
non po-  
es ponere  
itur pati,  
icet, ædes  
rospectui,  
d facere,  
mei offi-  
tui, quâ  
vici-  
l. 2. Serv.  
cod.



nec ultra, quàm ad prædii usum opus est. [k]

II. Constituitur servitus in genere I. Con-  
ventionem, si eam sequitur traditio. [p] 2. Ulti-  
ma voluntate, ut per legatum. [q] 3. Præ-  
scriptione, de qua *tit. seq.*

12. Finitur I. Rei interitu. [r] II. abutendo.  
[s] III. Præscriptione seu non utendo per  
longum tempus. [t] IV. Confusione aut  
consolidatione. [u] V. Remissione expressa  
vel tacita. [x] VI. Si ad personam restricta  
sit, ejus morte, nec tamen definit esse servitus  
prædii. [y] VII. Finito jure constituentis. [z]  
Ususfructus etiam aliis modis constituitur &  
finitur. *tit. seq.*

### Tit. IV. De Ususfructu.

1. Ususfructus accipi potest vel pro usu,  
quem dominus quoque in re sua habet, qui  
vulgò *causalis* dicitur, vel pro eo, quem fru-  
ctuarius in re aliena, qui *formalis* dicitur, &  
definitur *in pr. h.*

2. Ususfructus duplex est I. *Verus* qui est  
rerum, quarum usus esse potest salvâ substan-  
tia. [a]

II. *Quasi*

[k] l. 5. Serv. rust. [p] l. f. Servit. [q] §. f. b.  
[r] pr. I. Usufr. l. 14. quemad. serv. amitt. [s]  
l. 18. eod. [t] l. 6. de Serv. urb. [u] l. 8. §. 1. Serv.  
[x] l. 21. Serv. Urb. [y] l. 4. Serv. rust. [z] l. 31.  
Pignar. [a] pr. b.

II. 2  
sunt i  
uti no  
substan  
merata  
menta  
3. C  
volunt  
que sec  
patri in  
judicis  
ne. (i)  
4. 2  
domin  
sola ca  
usufr. (

5. Ve  
boni vi  
usufr. P  
6. A  
ipso ju  
fructus  
fructus  
parato

(b) l. 5.  
Usufr.  
mod. u  
(h) l. 6.  
bind. (k  
l. 12. §. 5



II. *Quasi usufr.* qui est rerum, quæ consti-  
tunt in abusu. (b) Hæ sunt, quibus naturaliter  
uti non possumus, nisi consumendo ipsam  
substantiam: ut Vinum, Oleum, pecunia nu-  
merata, res æstimatò datæ; (c) Non vesti-  
menta. (d)

3. Constituitur *verus usufructus* I. Ultima  
voluntate qualibet. (e) II. Conventione eam-  
que secuta quasi traditione. (f) III. Lege, ut  
patri in casibus, de quibus inf. (g) IV. Officio  
iudicis in divisoriiis judiciis. (h) V. Præscriptio-  
ne. (i)

4. *Quasi usufructus* tribus prioribus modis,  
dominio ipso rei in fructuarium translato, sub  
sola cautione restituendi tantundem finito  
usufr. (k) quæ remitti nequit. (k)

5. Verus fructuarius duo cavet: I. se usurum  
boni viri arbitratu. 2. restitutum finito u-  
sufr. Prior cautio remitti non potest. (l)

6. Acquirat omnia rei (l) commoda non  
ipso jure, sed perceptione. *Percipere* dicitur  
fructuarius, cum ipse, vel alius ipsius nomine,  
fructus à re separat, vel ab alio aut sponte se-  
paratos in custodiam recipit. (m)

C

7. Uti

(b) l. 5. §. 1. *Usufr. ear. rer.* (c) §. 3. h. (d) l. 9. §. 3.  
*Usufr. quemadm. cas.* (e) §. 1. h. (f) l. 1. pr. *quib.*  
*mod. us. toll.* (g) *Tit. per quas pers. cuique acq.*  
(h) l. 6. §. 1. h. §. 4. §. 5. *off. jud.* (i) l. 10. pr. *si serv.*  
*bind.* (k) §. 2. h. (k) l. 1. C. h. (l) l. pen. C. *ut in poss.* (l)  
l. 12. §. 5. h. (m) d. §. 5. & l. 13 pr. *quib. mod. us. amitt.*

est. (k)  
1. Con-  
2. Uti-  
3. Præ-  
tendo.  
do per  
e aut  
pressa  
stricta  
servitus  
is. [z]  
icur &

o usu,  
et, qui  
m fru-  
tur, &

qui est  
substan-

. Qua-  
§. f. h.  
mitt. [s]  
.1. Serv.  
[z] l. 31.



7. Uti debet, ut bonus paterfamilias, (n) & onera pro modo fructuum præstare, quæ sunt  
1. reficere proprietatem. (o) 2. solvere, quæ in  
incumbunt rei. (p)

8. Finitur ususfructus I. Morte fructuarii naturali, (q) adeò ut nec fructus pendentes, etsi maturi, transeant ad heredes. (r) Civitati relictus, 100. annis. (s) II. Morte civili. (t) III. Abutendo. (u) IV. Non utendo. (v) V. Cessione, (x) etiam extraneo facta. (y) VI. Interitu rei. (z) VII. Mutatione speciei. (a) VIII. Lapsu temporis præstituti. (b) IX. Finito jure proprietario.

9. Quasi ususfructus finitur. I. Morte naturali. II. Civili. III. Cessione. IV. Finito jure proprietario.

10. Finitus ususfructus ipso jure redit ad Dominum. (c) Exc. si plures in eundem ususfructum conjuncti sunt, (d) portio deficiens prius accrescit alteri.

### *Tit. V. De Usu & Hab.*

1. *Usus* est jus alienis rebus ad quotidianas necessitates utendi salvâ substantiâ. Is constituitur & finitur ut ususfructus. (a) Inest fructui non contrâ.

2. *Usus*  
(n) l. 15. §. 4. b. (o) l. 7. §. 2. b. (p) l. 28. de usufr. leg. (q) §. 3. b. (r) l. 12. §. 5. b. (s) d. §. 3. (t) d. §. 3. (u) l. pen. C. h. (x) d. §. 3. (y) l. 66. de jur. dot. (z) d. §. 3. (a) l. 5. §. 2. & §. 3. qvib. mod. usufr. amitt. (b) l. 7. us. ear. rer. (c) §. f. b. (d) l. 3. §. 1. & 2. qvib. mod. usufr. amitt. (a) §. 1. b.



2. *Uusus* nec 1. alii concedi potest, (b) Nec 2. cum alio dividi. (c) Exc. *usus* *ædium*, quo inquilinus quoque nobiscum, (non solus d) modò honestè, (e) habitare potest. (f) Nec 3. in fructibus consistere, qui omnes consumerentur; ut in foetu & lana ovium; (g) sed tantum in modico lacte & fimo. (h)

3. *Opera* servi est pars illa *ususfructus* servi, quæ operis ejus continetur. (i) *Habitatio* est pars illa *ususfr. ædium*, quæ in habitando consistit: (k) nisi quòd gratis concedi non possit. (l)

4. Ultraq; magis facti est; (m) & modis civilib; sc. capitis diminutione, & non utendo non tollitur. (n) *Opera* verò, quæ in facto servi consistit, ejus, non fructuarii, morte finitur. (o)

5. Ultraque ab usu differt, qui utramque *ususfr.* partem continet, sed tantum ad usum quotidianum. (p) Cætera conveniunt cum *usufr.* (q)

### Tit. VI. De Usucap. & l. 1. præsc.

1. Sequuntur modi acquirendi civiles, ut *Usucapio*: quæ est modus acquirendæ rei, à

C 2

non

(b) §. 2. b. (c) l. 19. h. (d) l. 2. §. f. h. (e) l. 7. h. (f) §. 2. h. (g) §. 4. h. (h) l. 12. §. 2. h. (i) l. 3. l. 4. Oper. serv. (k) l. 10. §. 2. h. l. 13. C. *Usufr.* (l) d. l. 10. pr. (m) l. 1. Op. serv. l. pen. de Cap. min. (n) l. 2. *Uf. leg.* d. l. 10. pr. h. (o) d. l. 2. (p) l. 13. §. 1. l. 20. h. junct. §. 3. *Inst. per quas pers. c. a.* (q) princ. b.



non domino bona fide & iusto titulo acceptæ,  
per continuationem possessionis temporis le-  
ge definiti. (a)

2. Ad usucapionem, requiritur (I) Ut res  
accepta sit à non domino, seu cuius dominium  
aut jus alienandi saltem non apparet. (b)

3. (II) *Bona fide*; (c) quæ est iusta domini  
opinio; (d) qualis non est in eo, qui in iure er-  
rat. (e) nec in eo, cui jam *lis mota est*. (f)

4. Bona fides non requiritur tempore  
conventionis sed traditionis: (g) In sola em-  
tione, utroque: (h) Post traditionem nunquam  
jure civ. (i) Hodie secus.

5. (III) *Iusto titulo*; (k) de quo *sup. tit. i. th. 50* ei  
semper inest titulus pro suo. (l)

6. Nuda opinio tituli non sufficit. (m) Si ta-  
men iusta opinandi causa sit, deficiente spe-  
ciali titulo superest pro suo, & ex eo saltem  
usucapitur. (n)

7. Et (IV) *continuo possessa* fuerit, mobilis  
triennio, res soli longo tempore, (o) quod est  
10. annorum, absentia annis duplicatis. (p)

8. Hæ-

(a) l. 3. h. (b) pr. b. l. 109. verb. sign. (c) d. pr. (d)  
l. 109. verb. sign. (e) l. 2. §. 15. pro emt. l. 31. pr. l.  
32. §. 1. h. (f) l. 25. §. 7. her. pet. (g) l. pen. vers.  
diversitatis. h. l. 2. pr. pro emt. (h) dd. ll. (i) l. 48.  
§. 1. adq. rer. dom. (k) pr. b. (l) l. 1. pro suo. (m)  
§. 6. b. l. 27. h. l. 1. pro don. (n) l. 3. l. 4. l. fin. §.  
fin. pro suo. (o) pr. b. (p) l. 11. & auth. *Quod si*  
*quis C. prescr. l. t.*

8. Hæ-  
tis p  
cessor  
rede,  
bona  
casu u  
fides.

9. Hæ-  
in cor  
to pr  
nond  
quadr  
non  
alien  
ennu

IO  
reper  
gatur  
statu  
nat.

II.

(q) §  
pro en  
presc  
quale  
fund  
de leg  
quadr  
Jul.



8. Hæres tamen & quivis successor singula-  
ris possunt vel continuare usucapionem ante-  
cessoris ritè cceptam: (q) quo casu non in hæ-  
rede, (r) sed in singulari successore requiritur  
bona fides. (s) Vel à se novam incipere; quo  
casu utriqve, etiam hæredi, sufficit sua bona  
fides. (t)

9. Res usucapi non possunt I. quæ non sunt  
in commercio, vel alienari lege aut testamen-  
to prohibitæ; (u) Exc. Bona vacantia fisco  
nondum nunciata. (x) quæ nunciatio intra  
quadriennium fieri debet, (y) quod moribus  
non obtinet. Si verò ipse fiscus res alterius  
alienet, non possessor, sed fiscus intra quadri-  
ennium convenitur. (z)

10. II. Furtivæ, vi possessæ, contra legem  
repetundarum donatæ: (a) nisi vitium para-  
gatum sit: (b) quod fit, cum res in pristinum  
statum ita restituitur, ut furtiva &c. esse desi-  
nat. (c)

II. *Prescriptio* est exceptio, quæ excluditur  
quæ-

C3

(q) §. 7. §. 8. h. (r) d. §. 7. l. 43. h. (s) l. 2. §. 17.  
Pro emt. l. 13. §. fin. de adq. poss. (t) l. 5. pr. Dis.  
Prescr. l. 10. §. fin. h. Objic. l. 11. C. adq. poss. (u)  
quales sunt in §. 1. in f. §. 4. h. l. 9. h. l. 16.  
fund. dot. l. 2. C. Usuc. pro emt. l. 3. §. 3. C. comm.  
de legat. l. 1. C. bon. qvælib. (x) §. 4. h. (y) t. t. C.  
qvæadr. presc. (z) §. fin. h. (a) §. 2. h. l. pen. ad l.  
Jul. repet. (b) §. 3. h. (c) l. 24. in fin. h.



qualibet actio intra statutum tempus non moratur. (d)

12. Tempus hoc (quod currit ex quo agi jure potuit [e]) regulariter vel est *longum*, quod usucapioni transcriptum est; (f) vel *longissimum*, 30. vel 40. annorum. (g) vel *immemorabile*.

13. Tempus 30. annorum opponitur omnibus actionibus privatorum, modo res in commercio sit. (h) Exc. 1. actio semel mota. (i) 2. Hypothecaria contra debitorem ejusque heredem, & vivo debitore contra posteriorem creditorem: utraque enim 40. annos durat. (k)

14. Tempus 40. annorum opponitur I. Principi, & cujusvis corporis, publici vel ecclesiastici, fisco, rem, quam alienare potuit, (non ipsa regalia aut functionum publicarum jura, l) persequenti. (m) Exc. Ecclesia Romana, quæ 100. annis excluditur. (n)

II. Causis *th. 13.* exceptis; III. Vel dubius, an 30. anni sufficient. (p)

15. Utraque præscriptio dominium quoque tri-

(d) l. 1. in fin. pr. C. ann. exc. (e) l. 7. §. 4. C. præscr. 30. ann. (f) l. un. C. transf. usuc. (g) t. t. C. præscr. 30. vel 40. (h) l. 3. C. eod. l. 1. §. 1. C. ann. exc. Nov. 119. c. 7. (i) d. l. 1. §. 1. inf. (k) d. l. 1. §. 1. l. 7. §. 1. §. 2. C. præscr. 30. ann. (l) l. 6. C. eod. (m) l. fin. C. fund. patr. l. 4. C. præscr. 30. ann. l. 13. junct. auth. Quas actiones. C. de SS. Eccles. (n) d. auth. (p) d. l. 4.



tribuit, si res bona fide, (qvæ aliàs nec jure Can. hic requiritur) possessa fuerit, et si sine titulo. (q)

16. Contra pupillum nullum horum temporum currit. (r) Nec contra minorem regulariter (s) nisi 30. annorum. (t)

17. *Immemoriale* est, cujus initium memoria in contrarium non extat. Eo lis omnis indistinctè naturali quoque ratione extinguitur.

18. *Usucapionis* interruptio, quæ *naturalis*, (u) & *usurpatio* (x) dicitur, fit amissa possessione. (y) *Præscriptio*, mota lite, & vulgò *civilis* vocatur. Hodie & in usucapione valet.

19. Est denique & alia *præscriptio*, quâ quis jus in re aliena adquirit, si ultro eo usus fuerit justo tempore non vi, clam, aut precario: daturque inde utilis actio; nec titulo aut bona fide opus est. (z)

### Tit. VII. De Donat.

I. Alter civilis (in §. 1. & 3. saltem) modus est *Donatio*, quâ quid nulla cogente necessitate conceditur, (a) Sic descripta, conventio esse nequit,

C 4

(q) l. pen. §. 1. C. præscr. 30. ann. (r) l. 3. l. 7. pr. & §. 1. C. eod. (s) l. un. C. si adv. us. l. 3. C. Quib. non obj. l. fin. C. in quib. ca. in. (t) l. 3. C. præscr. 30. ann. d. l. fin. (u) l. 5. h. (x) l. 2. h. (y) d. l. 5. (z) l. 4. in fin. C. præscr. 30. (z) l. 10. si serv. vind.

(a) l. 29. h.



nequit, & requirit l. ut is, qui jure potest, rem tradat; (b) absque necessitate juris. (c) & aliter per se, vel se probante per alium acceptet. (d) Fit etiam pacto, quod legitimum est, aut stipulatione, unde actio ad tradendum datur. (e)

2. *Donatio* vel fit mortis causa, vel inter vivos. (f) Illa describitur §. 1. h. & fit, cum l. memor mortis, (nullo licet periculo (g) 2. ita alii donat, ut is potius quam heres, non vero quam ipse, habeat. (i)

3. Fit per actum inter vivos, (k) qui & a filio fieri potest; (l) & valere, et si nec heres, nec dispositio ultima sit; (m) aut hac indignus, qui accepit, videatur. (n)

4. Effectu instar legati est. (o) Unde 1. Eadem sunt actiones. (p) 2. Totidem testes. (q) 3. Cuius substitutioni locus: (r) Et 4. cautioni Mutianæ. (s) 5. Ei detrahatur Falcidia: (t) 6. Non valet inter conjuges. (u) 7. Inspicitur tempus mortis. (x) 8. Revocari potest [α] poenitenti-

(b) l. 9. §. f. h. (c) l. 29. h. (d) l. 10. h. (e) l. 35. §. f. C. b. (f) princ. h. Tit. de mort. c. don. (g) l. 35. §. 1. h. (i) l. 42. §. f. h. (k) §. 1. h. l. 38. h. (l) l. 25. pr. h. (m) d. l. 25. §. 1. (n) l. 5. §. 27. Hic quæ ut ind. (o) l. 37. h. (p) l. 2. Publ. in rem. (q) l. f. C. b. (r) l. un. §. 7. §. 14. C. ead. toll. (s) N. 32. c. 44. §. f. (t) l. 2. C. h. l. 5. C. ad l. Falc. (u) l. pen. h. (x) l. 22. h.



nitentiâ, [ $\beta$ ] præmoriente donatario, ( $\gamma$ ) Cessante periculo, cujus intuitu donatum. ( $\alpha$ )

5. Si verò donatur, ne unquam revocetur, manet mortis causâ donatio, ( $b$ ) sed cum pacto traditioni adjecto, ne revocetur. ( $c$ ) Unde cessant dictorum octo effectuum posteriores quatuor. ( $d$ )

6. *Donatio inter vivos propria* est, quâ res solius liberalitatis causâ in perpetuum transfertur, ( $e$ ) Reliquæ *impropria*, si vel ob causam, vel non in perpetuum, vel non purè donetur. ( $f$ )

7. *Propria*, si simul ( $g$ ) ultra 500. aureos (Ungaricos) donatum, actis insinuanda est, ( $h$ ) aliàs vitatur solus excessus. ( $i$ )

8. Exc. 1. Si inde annua tantum pensio ad vitam præstetur. ( $k$ ) 2. Donatum à Principe, ( $l$ ) vel Principi; ( $m$ ) 3. Militibus à Magistris suis, si res mobiles: ( $n$ ) 4. In redemptionem captivorum: ( $o$ ) 5. In refectionem ædium lapsarum. ( $p$ ) Non verò in pias causas. ( $q$ )

9. Valet donatio omnium bonorum, etiam futurorum. ( $r$ ) Non verò inter conjuges, &

C 5

eos,

- ( $a$ ) §. 1. *h.* ( $b$ ) l. 13. §. 1. *h.* ( $c$ ) Nov. 87. ( $d$ ) l. 27. *h.* (Tit. de Donat.) ( $e$ ) l. 1. *h.* ( $f$ ) d. l. 1. pr. ( $g$ ) l. 34. §. 3. C. *h.* ( $h$ ) l. 36. §. f. C. *h.* ( $i$ ) d. l. 34. pr. ( $k$ ) d. l. 34. §. f. ( $l$ ) d. l. 34. pr. ( $m$ ) *auth. item C. eod.* ( $n$ ) d. l. 36. §. 1. C. *h.* ( $o$ ) d. l. 36. pr. ( $p$ ) d. l. 36. §. 2. ( $q$ ) l. 19. C. SS. Eccl. ( $r$ ) l. 8. C. Rev. don. l. 35. §. 4. C. *h.*



eos, per quos ad conjuges res perventura esset: morte tamen confirmatur. (s)

10. Revocatur I. ob quinque ingratitudinis causas, sc. [ $\alpha$ ] verbales injurias atroces, [ $\beta$ ] manus impias [ $\gamma$ ] immodicum damnum dolum, [ $\delta$ ] vitæ periculum, [ $\epsilon$ ] violata donationis pacta, non plures. (t) Exc. Non quæ. bona fide possideri desit. (u) Hæc actio ne hæredi quidem datur, nisi cœpta. (x) 2. Supervenientibus liberis, si bonorum pars donata. (y) 3. Quæ. legitima salva non est. (z)

II. Impropria est I. *Dos*, quæ marito conceditur dominium civile cum fructibus ob onera matrimonii. 2. *Donatio propter nuptias*, quæ uxori jus aliquod domini (a) in re donata constituitur, ad securitatem dotis. (b) Solvitur ea, ut dos; cui in illustribus personis hodieque æqualis esse solet; major esse non potest. (c) Hinc fieri solet 3. *Dotalitium*: quod est usufructus viduæ constitutus ad sustinendam viduitatem.

### Tit. II. X. Quib. alien. lic.

I. Ut quis plenè alienare possit requiritur, I. Ut Dominus sit. 2. Ut liberam rerum suarum administrationem seu dispositionem habeat. (a)

2. Ma-  
(s) l. 32. §. 2. don. int. conj. (t) l. fin. pr. C. de reb. don.  
(u) l. 7. C. eod. (x) d. l. 7. (y) l. 8. C. eod. (z) tit. C. in off.  
don. (a) auth. permissa C. don. ant. nupt. §. 3 h. (b)  
l. f. C. don. ant. nupt. (c) Nov. 97. c. 1. 2. arg. tit.  
don. int. conj. (a) arg. l. 1. §. f. l. 3. pr. Minor.



2. Maritus est dominus civilis rerum dota-  
lium, (b) easque alienare vel obligare potest.  
(c) Exc. Fundum dotalem nec volente uxore  
potest; (d) nisi 1. æstimatò datus; (e) vel 2. ne-  
cessitas sit; (f) vel 3. non noceat mulieri. (g)

3. Creditor distrahere pignus potest: modò  
1. dies adjectus, (h) vel debitor interpellatus:  
(i) 2. non concessa pacto distractione, bi-  
ennium expectatum: (k) 3. eâ prohibita  
trina insuper denunciatio facta fuerit.  
(l) Potest verò & adito iudice, præfixoque  
ad solvendum termino, post duos inde men-  
ses sub hasta distrahi: (m) quod hodie fieri  
solet.

4. Non verò potest alienare furiosus, prodi-  
gus &c. (n) sed nec pupillus: de quo Not. 1. Si  
mutuam pecuniam dat, extantem vindicat;  
consumtam bona fide condicit; mala fide,  
ad exhibendum agit. (o) 2. Acquirere potest.  
(p) 3. Si ipsi debitor solvit, tres gradus sunt:  
α. si soli solvit, non liberatur; sed, si res ex-  
tet, exceptionem doli habet: (q) β. si autore tu-  
tore solvit, liberatur, sed læso pupillo restitu-

C 6

tio

(b) l. 30. C. jur. dot. (c) l. 3. C. l. 26. ff. eod. (d)  
l. 16. fund. dot. (e) l. 11. eod. (f) l. 61. §. f. Jur. dot.  
(g) l. 26. l. f. eod. (h) l. 7. C. dist. pign. (i) l. 10. C.  
pignor. (k) l. f. §. 1. C. jur. dom. imp. (l) l. 4. Pign.  
act. (m) l. 21. §. f. Re jud. (n) l. 1. §. 12. O.  
E. A. (o) §. 2. b. (p) §. f. b. sup. Aut. tut. (q)  
l. 15. solut.



tio datur. (r) γ. si autore iudice, plenissime  
securus est. (s) 4. Si pupillus creditori solvit,  
idem est, quod in mutuo. : (t) eaque pecunia  
periculo est pupilli, (u) salva laeso restitutione.

*Tit. IX. Per quas pers. cuiq. acq.*

1. Quisque suo facto, non per alium, sibi  
acquirere potest. (a)

2. Exc. I. Pater per filium potest, nisi obstat  
ratio *peculii*: quod est jus proprium *filiis*. vel  
*servi* in pecunia constitutum.

3. *Filiis*. *peculium* quadruplex (b) est I. *Pro-*  
*fectitium*, quod ei ex re vel intuitu patris (c) da-  
tum est, ut id seorsim à patris rationibus ad-  
ministret: quale etiam est *peculium servi*. (d)

2. *Adventitium*, quod vel operis suis, vel ab a-  
lio privato acquisivit. (e) 3. *Castrense*, quod ex  
*armata* militia, ejusve occasione quæsit. (f)

4. *Quasi castrense*, quod ex *togata*; (g) vel si à  
Principe donatum. (h)

4. *Profectitium* totum patris est. (i) Exc. I.  
Filius retinet, si emancipato non ademptum,  
(k) Vel

(r) l. 1. C. si adv. sol. (s) §. f. h. (t) d. §. ult. in fin.  
(u) l. 9. C. pign. act.

(a) l. 73 §. f. R. 7. (b) l. ult. pr. C. inoff. test. (c)  
l. 45. §. f. Acq. her. (d) l. 5. f. Pecul. (e) §. 1. h. (f)  
l. 11. Cast. pec. (g) d. l. ult. (h) l. 7. C. bon. quæ  
lib. (i) §. 1. h.

(k) Ve  
doq;  
de te

5.

extra  
ea leg

[9] 3.

luto

succes

Castre

in iis

6.

us no

pro en

7. E

qvirir

juben

tum h

servu

fidet,

sua. [

8. E

[k] §.

§. 3. de

No6. 1

No6. 1

§. f. m

§. 3. h

Acq. p



(k) Vel 2. bona patris publicentur. (h) 3. Quandoq; jus ex eo donandi habet. [m] 4. Pater inde tenetur de peculio. [n]

5. *Adventitii ordinarii* ususfr. patris est, [o] *extraordinarium* totum filii. Hoc est 1. Quod ea lege datum. [p] 2. Invito patre agnitum. [q] 3. Liberis matrimonio culpâ parentis soluto delatum. [r] 4. In quo quis germano successit. [s] **Das Paten. Geld** est ordinarii. *Castrense & quasi Castrense* totum est filii, qui in iis habetur pro patrefam. [t]

6. Præterea acquirit pater ex eo, quod filius nomine patris agit; [u] & semissem ususfr. pro emancipatione: [x] quod obsolevit.

7. Exc. II. Domino per servum suum acquiritur etiam invito. [y] Exc. I. Hereditas jubenti. [z] 2. Possessio, extra peculium, ratum habenti. (a) Si usumfr. in servo habet, vel servum, aut liberum hominem bona fide possidet, acquirit tantum ex eorum operis & re sua. [b]

8. Exc. III. Per extraneum; modò is i. actu  
C 7 cor-

[k] §. 20. *Legat.* [l] l. 3. §. 4. *f. Minor.* [m] l. 7. §. 3. *donat.* [n] §. 4. *Quod cum eo.* [o] §. 1. *h.* [p] Nov. 117. c. 1. [q] l. *fin. pr. C. bon. qvæ lib.* [r] Nov. 134. c. 11. [s] Nov. 118. c. 2. [t] l. 2. *SC. Mac.* §. *f. mil. test.* [u] §. 4. *inut. stip.* [x] §. 1. *h.* [y] §. 3. *h.* [z] d. §. [a] l. 1. §. 5. l. 34. §. *f. l. 44.* §. 1. *Acq. poss.* [b] §. 4. *h.*



corporali, ut traditione; [c] & 2. nomine tertii capiat: vel tantum ut minister interveniat [d] Sunt & casus, quibus utilis actio ex facto alterius datur, de quibus *tit. de Inut. stip.*

### *Tit. X. De Test. Ord.*

1. Modus *Universalis* acquirendi est successio 1. Per hereditatem. 2. Bonorum possessionem. 3. Arrogationem. 4. Additionem libertatis causâ. 5. Olim bonorum venditionem, & 6. ex S<sup>c</sup>to Claud. [a] Hodie 7. Pacta licita de hereditate.

2. *Hereditas* est successio in universum jus defuncti. [b] Defertur ex *testamento* vel ab *intestato*. [c] *Testamenti factio* vel est *activa*, quâ facere testamenta possumus; vel *passiva*, quâ ex iis capere. [d]

3. Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. [e] Est juris positivi; olim quadruplex. [f]

4. Hodie vel *publicum*, quod vel Principi offertur, in quo nihil amplius requiritur: [g] vel actis iudicii insinuatur, [h] quod sit testatore præsentem, in loco iudicii, vel domi, coram

[c] §. 5. b. l. 1. C. b. [d] l. 1. §. 20. Acq. poss. l. 53. A. R. D. [e] l. 14. Pec. Const.

[a] l. 3. t. 10. II. 12. 13. [b] l. 24. V. S. [c] §. fin. Per qv. pers. c. [d] §. 4. Her. qv. al. [e] l. 1. b. [f] §. 1. b. [g] l. 10. 19. C. b. [h] l. 18. 19. C. b.



ram personis iudicii. Vel *privatum*; estque vel *scriptum*, quo voluntas scripturâ perficitur. Vel *nuncupativum*, quo viva voce voluntas & nomen heredis, vel directio vel ostensio scripturâ [i] declarantur. [k] Solet à Notario in scripturam redigi.

5. Utrumque est vel *privilegiatum*, vel *solenne*; ad cuius substantiam requiruntur solennitates: Hæ sunt *intrinsecæ*, quæ ad ipsam voluntatem; [l] vel *extrinsecæ*, quæ ad eius declarandæ formam extrinsecam pertinent.

6. *Extrinsecæ* sunt: 1. Ut septem testes: [m] 2. ad id rogati, vel, si casu adsint, moniti: [n] 3. non coacti: [o] 4. rem sensu saltem satis percipientes; [p] in nuncupativo nomen heredis quoque intelligentes. [q] 5. in præsentia testatoris. [r] 6. subscribant, [s] 7. & signent, [t] 8. Instrumento, quod signandi causâ habetur, expressâ imagine; [u] licet alieno; [x] 9. subscribente quoque testatore, (nisi totum scripserit) vel, si nequeat, octavo; [y] 10. uno contextu, seu, ne nox vel actus extraneus (uti contractus) (z) intercedat, [a] nisi modicus & necessitatis: [b] abrogato §. 4. b. per Nov. 119. c. 9. In

[i] l. 38. Cond. & dem. l. 77. b. [k] §. f. b. [l] tit. de exb. lib. & de her. inst. [m] §. 3. b. [n] l. 21. §. p. b. [o] l. 20. §. f. b. [p] d. l. 20. §. p. [q] d. l. 21. pr. [r] l. 9. C. b. [s] §. 3. b. [t] d. §. 3. [u] l. 22. §. 5. b. [x] §. 5. b. [y] l. 21. pr. C. b. [z] l. 20. V. S. [a] l. 21. pr. C. b. [b] l. 28. pr. C. b.



7. In nuncupativo cessant subscriptiones & signationes. Jure Can. duo testes sufficiunt. (c) Testes habiles sunt, cum quibus utraque est testamenti factio. (d) Exc. I. Mulier; heremaphroditus, nisi sexus maris potior; (e) pupillus; servus [non homo proprius;] (f) furiosus dum furit; mutus; surdus; cæcus; prodigus; instabilis, qui alii, & cui alius testis esse nequit. (g)

8. Exc. II. Qui cum testatore vel cum herede in communi potestate patria sunt. (h) Reliqui omnes testes esse possunt, etsi domestici sint, ut testatoris aut heredis pater, vel filius, modo potestas soluta sit, (i) vel filiusf. jure militari testetur. (k) Item legatarii & fideicommissarii omnes. (l)

9. Si testes tempore testationis sint habiles, non nocet casus superveniens; (m) nec inhabilitas civilis, si publico errore putenter habiles. (n) Si quid dubium vel probandum sit, sufficiunt duo testes, sed idonei in judiciis.

10. Testamentum in quacunque materia fieri potest; (o) & unum in pluribus codicibus, (p) pluriumque in uno codice, sufficitque una solennitas, modo ab utroque uno contextu adhibita sit.

II. Ex

(c) c. 10. X. h. (d) §. 6. h. (e) l. 15. §. 1. Testib. (f) l. 10. §. 7. h. (g) l. 26. h. (h) §. 9. & §. 10. h. (i) §. 8. & seqq. h. Ord. Not. 1512. tit. 1. §. 6. (k) l. 20. §. 2. h. (l) §. 11. h. (m) l. 22. §. 1. h. (n) §. 7. h. (o) §. 12. h. (p) §. 13. h.

II. heres

12.

re co

remi

rentu

solos

ciunt

non

ram

I. I

hybe

ctus

ut lu

valet

ditio

2.

scrip

Exc.

pulv

fi in

3.

valet

ctum

q) l. 8

a) §.

e) §.

poss.

k) l.



II. Ex ritè facto testamento ubiq; obligatur heres; ex illegitimo ne naturâ quidem.

12. Privilegiata testamenta sunt 1. Tempore contagionis conditum, ubi continentia remittitur, q) hodie numerus quoque. 2. Parentum inter liberos valet sine testibus, inter solos liberos. r) 3. Rusticum, ubi 5. testes sufficiunt, si plures non sint; & qui subscribere non possunt, jurant s) 4. Ad pias causas, coram duobus testibus. t) 5. Militare. tit. seq.

### Tit. XI. De Mil. Test.

1. Miles in expeditione, (non in praesidiis vel hybernis, nisi cum hoste pugnetur a) licet factus mutus & surdus, ac necdum missus sit, b) ut lubet, testari potest, c) etiam hodie. Idque valet intra annum missionis honestæ, etsi conditio post annum existat. d)

2. Voluntas tamen probanda est testibus vel scriptura. e) Hodie opus est duobus testibus. f) Exc. In ipso conflictu sufficit sanguine vel in pulvere scriptum esse, (etiam à non milite, g) si in eo decedit. h)

3. Si antea non ritè fecerit testamentum, valet, si velit; i) in alia militia continua factum, modò non nolit: k) Nec tollitur arrogatione.

q) l. 8. C. h. r) l. 21. §. 1. C. h. s) l. fin. C. h. t) c. 4. h. a) §. 3. h. b) §. 2. h. l. 2. h. c) pr. §. 1. h. d) §. 3. h. e) §. 1. h. f) d. Ord. Not. t. 1. §. 3. g) l. un. Bon. poss. ex test. mil. h) l. 15. f. C. Testam. i) §. 4. h. k) l. 15. §. 2. l. 38. h.



gatione. *l)* Ceteri milites, & veterani, et si filiis. de peculio castrensi testari possunt, sed jure communi. *m)*

*Tit. XII. Quib. non est perm.*

I. Non possunt testari I. Filiis. ne quidem permisso patris; (mortis tamen causâ donare ita de adventitiis possunt) (*a)* exceptis castrensibus. *b)* II. Pupillus ne quidem cum tutore; minor etiam sine curatore potest. *c)* III. Furiosi, *d)* prodigi, *e)* nisi probè eos testatos appareat. *f)* servi, status sui ignari. *g)* Obsides & peregrini hodie possunt. *h)*

2. IV. Ob crimen I. Majestatis. *i)* 2. Hæreseos non toleratæ. *k)* 3. Apostaseos. *l)* 4. Incestus. *m)* 5. Carminis famosi: *n)* hi tamen & alii capite damnati hodiè possunt. *o)*

3. V. Surdus & mutus. *p)* Hodie permissum est mutis, vel casu mutis & surdis, scribere heredem, modò possint; surdis casu, etiam nuncupare: *q)* quod & cæco licet, tabellione, vel, si haberi is nequeat, octavo teste ad scribendum adhibito, & herede indiciiis descripto.

- l)* §. 5. *h.* *m)* §. ult. *h.* princ. tit. seq.  
*a)* l. 25. §. 1. *M. c. donat.* *b)* pr. *h.* *c)* §. 1. *h.* l. 5. *h.*  
*d)* §. 1. *h.* *e)* §. 2. *h.* *f)* *N. Leon.* 39. *g)* l. 11. l. 15. l. 16. pr. *h.* *h)* auth. omnes. *C. comm. de succ.* *i)* l. 5. *C. Maj.* *k)* l. 5. l. 8. *C. Hæret.* *l)* l. 4. *C. Apost.* *m)* auth. incestus. *C. inc. nupt.* *n)* l. 18. §. f. *h.* *o)* arg. l. 8. §. f. *h.* d. l. 18. *p)* §. 3. *h.* l. 6. l. 7. *h.* *q)* l. 10. *C. h.*



pto. r) Morbus verò superveniens nunquam testamentum ritè factum vitiat. s)

4. VI. Capti, si domi fecerunt testamen-  
tum, pendet; t) si apud hostes non valet, u)  
Nostris moribus semper valet.

### *Tit. XIII. De Exher. Lib.*

1. Sequitur *intrinseca* solennitas *prima*. O-  
lim soli filii. a) non nepotes, nisi postumi, b)  
*nominatim*; c) reliqui omnes, etiam postumæ,  
[modò his aliquid relictum] per masculum,  
descendentes *inter ceteros* saltem erant ex he-  
redandi. d) Aliàs illo casu nullum fuit; hoc  
triens vel semis accrevit. e)

2. *Hodie* [quod & Prætor data bonorum  
possessione contra tabb. voluit, f) omnes libe-  
ri, (etiã postumi, emancipati, & foeminæ) à pa-  
tre & avis paternis, vel heredes institui vel no-  
minatim exheredari debent; g) aliàs totum  
testamentum nullum est, h) vel postumo nato  
rumpitur. i)

3. Idem liberi à matre vel avis maternis, aut  
patre milite; [nisi nesciat se liberos habere, m]  
item parentes à liberis præteriri possunt: idq;  
pro exheredatione est. n)

4. Utroque addi debet causa, eaqve ex-  
pressa

r) l. 8. C. b. §. 4. h. s) §. 1. 2. 3. b. t) §. fin. h.  
u) l. 8. princ. b. a) pr. h. b) §. 1. h. c) pr. h. d) §. 1.  
h. e) pr. h. f) §. 3. §. 4. h. g) §. 5. b. h) l. 17. Inst.  
test. i) §. 1. h. m) §. 6. h. n) §. f. h.



pressa in N. 115. c. 3. & 4. vel quæ pro eadem habetur; similis vel major non sufficit. o) Causa tali omissa (ut in postumo omittitur necessario) testamentum nullum est, vel rumpitur salvis legatis &c. p) Concurrit bonorum possessio contra tab. patris, non matris. q)

5. *Postumi* sunt liberi post testamentum nati. (r) Hi 1. *sui*, quos, cum nascuntur, nemo in potestate præcedit. 2. *Alieni*, ut reliqui. (s) Item 1. *Aquilian*, qui mortuo testatore avo nascuntur; (t) *Vellejani*, qui vivo. (u) *Quasi postumi*, qui nondum sunt, sed fiunt post testamentum sui. (x) *Adoptatus*, ab ascendente similis est filio. (y)

5. *Parens* exheredandi causas habet XIV. Si 1. filius v.g. ei manus intulit. 2. gravem injuriam fecit. 3. criminis accusavit, excepto Majestatis. 4. cum maleficis malefici causam versatur. 5. vitæ insidiatur. 6. Novercam incestat. 7. deferendo grave damnum dat. 8. masculus rogatus, idoneus, nolit cavere pro nexo. 9. Testari prohibuit. 10. Sequitur mimos vel arenas, nisi talis ipse pater sit. 11. Filia 25. annis minor, parato patre conditionem ei querere, malit meretricio more vivere. 12. Neglexit furiosum; 13. vel major 18. annis captivum,

o) N. 115. c. 3. pr. p) d. Nov. c. 3. in f. c. 4. in f. q) §. f. h. (r) l. 3. §. 1. Inj. test. (s) §. 26. Legat. (t) l. 29 pr. lib. Et post. (u) d. l. 29. §. 11. (x) §. 2. h. (y) §. 45. h.



quin, ejus saltem pecuniâ, redimat. 14. Desci-  
scit à 4. synodis. z)

7. *Filius* IIX. si 1. parens liberos suos occi-  
dit, extra causam Maj. 2. Infidiatur ejus vitæ.  
3. Incestat nurum. 4. Prohibet testari. 5. Infidiatur vitæ parentis ejus. 6. Negligit furiosum.  
7. vel captivum. 8. Ob hæresin, ut th. præc. a)  
8. Cessant hæ causæ reconciliatione facta.  
In fratribus nullæ requiruntur.

### *Tit. XIV. De Her. Inst.*

1. *Altera* est heredis institutio. Heredes fi-  
eri non possunt 1. Deportati & banniti. a) 2.  
Hæretici. b) 3. Apostatæ. c) 4. Perduelles, co-  
rumque filii. d) 5. Illicita collegia. e) 6. Servi  
pœnæ: alius servus potest fieri ex persona do-  
mini capacis, vel ipse adire, si interim liber fa-  
ctus. Quin à domino, saltem proprietatis, in-  
stitutus, sit liber & necessarius, nisi manumis-  
sus sit à vivo. f)

2. Naturales à patre possunt; at legitimis  
extantibus, tantum pro quadrante. b) Ex da-  
mnato coitu non possunt, i) nec Princeps nisi  
ritè scriptus. k) Heres in re singulari pro le-  
gatario est, l) si alius actu heres existit. m)

3. Hereditas jacens, ut actus valeat, defun-  
cti vi-

z) d. c. 3. §. 1. & seqq. a) d. c. 4. §. 1. & seqq.  
b) l. 1. C. h. b) l. 5. C. Hæret. c) l. 3. C. Apost. d)  
l. 5. C. Maj. e) l. 8. C. h. f) pr. h. §. 1. h. h) Nov.  
89. c. 12. i) d. N. c. 15. k) §. f. h. l) l. 13. C. h. m)  
l. 1. §. 4. h.



Et vices sustinet non heredis: n) & iura, ut as, 12. partes habet, quæ uncia dicuntur, duæ unice sextans; 3. quadrans; 4. triens; 5. quincunx; 6. semis; 7. septunx; 8. bes; 9. dodrans; 10. dextans; 11. deunx; 12. as: duo asses dupondium &c. o)  $\frac{1}{4}$  sicilicum;  $\frac{1}{2}$  semuncia;  $1\frac{1}{2}$  scuncia. p)

4. Partibus non expressis æquales intelliguntur: q) expressæ reducuntur ad assem. r) Exc. si quidam sine partibus scripti, quod assi, s) vel, eo superato, dupondio deest, capiunt; s) si nihil deest, dimidium. u)

5. *Conditio* est oratio, quæ quid suspendit in futurum x) eventum, qui potest non existere. y) Est 1. *potestativa*, quæ à nostro arbitrio pendet; 2. *casualis*, quæ à tertii, vel casu; 3. *mixta* quæ à nostro & tertii vel casu. z) *Dies incertus*, an sit exiturus pro conditione est. a)

6. Heres ex die vel in diem fieri non potest; sub conditione potest, b) exceptis Liberis quibus adjecta à patre vel avis paternis conditio non potestativa vitiat; potestativa valet; c) sed, si onus continet, hoc detrahatur quoad legitimam. d)

7. Con-  
n) §. 3. b. o) §. 5. b. p) l. 21. §. 2. Ann. leg. q) §. 6. b. r)  
§. 7. b. s) §. 6. b. t) §. 8. b. u) §. 6. f. b. x) l. 37. l. 39.  
Reb. cred. y) §. 4. §. 6. V. O. z) l. un. §. 7. C. cad.  
toll. a) l. 22. Quid. dies leg. b) §. 9. b. c) l. 4. C.  
Inst. & subst. d) l. 32. C. inoff. test.



7. *Conditio faciendi turpis remittitur, e)*  
*impossibilis, f)* & dies *g)* detrahatur: necessaria,  
*b)* & in praesens vel praeteritum collata, *i)* ni-  
 hil suspendit: aliae impossibiles viciant. *k)*

8. Si plures conditiones *conjunctim* adscri-  
 ptae sunt omnibus parendum, si *disjunctim*, uni.  
*l)* Potestativa *non faciendi*, ubi desit fieri posse,  
 existit; *m)* *faciendi*, cum post mortem testato-  
 ris sit. *n)*

9. Non valet institutio 1. *Captatoria*, cui in-  
 est conditio, si vicissim in futurum quis heres  
 factus sit. *o)* 2. In alterius arbitrium collata,  
*p)* 3. Ad alterius interrogationem tantum fa-  
 cta. *q)* 4. si heres nescitur. *r)* 5. si in ejus per-  
 sona erratum. *s)* 6. si solo nomine ignomini-  
 oso expressus. *t)*

### Tit. XV. De Vulg. Subst.

1. Substitutio est vel *directa* vel *fideicommiss-*  
*saria*. *a)* *Illa* rectè dicitur secundi heredis in-  
 stitutio. *b)*

2. Estque *vulgaris*, vel *pupillaris*. *Illa* quæ  
 sit in casum, si heres non erit; *c)* quid duplex est;  
 si vel

*e)* l. 9. Cond. inst. *f)* §. 10. h. *g)* §. 9. h. *h)* §. 10. Inut.  
 stip. *i)* §. 6. Verb. obl. *k)* l. 16. cond. inst. l. 4. §. 1.  
 Statu lib. *l)* §. 11. h. *m)* l. 115. §. f. V. O. *n)* l. 2. pr.  
 Cond. & dem. *o)* l. 70. h. *p)* l. 32 h. *q)* arg. l. 1. Te-  
 stam. *r)* l. 62. §. 1. h. *s)* l. 9. pr. b. *t)* d. l. 9. §. 8.

*a)* de qua inf. de fid. her. *b)* l. 43. §. 3. h. *c)* princ. h.



si vel nolit vel non possit ; d) alteroque expresso alter tacite continetur. e)

3. Not 1. Omnis testator omni heredi quotquot vult sic substituere potest : f) 2. Partes in institutione expressæ videntur in substitutione repetitæ, nisi alia appareat voluntas. g) 3. Qui substituto, is & instituto in eodem genere conditionis substitutus videtur. h) 4. Si suo vulgariter substituitur, desinit esse necessarius, non suus. i)

4. Casus, si heres non erit, in suo existit, si se non immisceat. k) In extraneo, si adeundo, vel sibi vel ei, cuius tum in potestate est, non adquirit. l) In filiof. hodie, si nec ipse, nec pater fiat heres. m)

5. His ergo casibus omnibus admittitur substitutus. Exc. si testator putaverit esse patremf. qui non est, dividitur hereditas cum substituto. n) Nondum admittitur, si heres deliberans transmittit hereditatem. o)

6. Excluditur, si institutus p) vel transmissarius q) semel heres extiterit.

### Tit. XVI. De Pup. Subst.

1. Pupillaris est I. Vera, quâ vi patriæ potestatis

d) l. 3. C. Her. inst. e) arg. l. 4. h. f) §. 1. h. g) §. 2. b. l. 24. h. h) §. 3. h. l. 47. b. i) l. 12. Cond. Inst. k) arg. l. 42. §. fin. Acq. her. l) §. ult. h. m) l. ult. pr. C. de bon. quæ lib. n) §. ult. h. o) arg. l. un. §. 13. C. cad. toll. p) l. 5. C. h. q) d. l. un. §. 13.



statis Suis, impuberibus, in alterius potestatem non recasuris, etiam postumis (a) & exhereditatis, (b) heres in secundis tabulis datur in casum, si ante pubertatem decesserit. (c)

2. II. *Quasi pupillaris*, quæ liberis institutis, (d) qui ob furorem, similemve defectum, testari non possunt, à quovis parente in secundis tabulis heres datur in casum, si durante defectu decesserit. (e) Sed hîc extraneis præferri debent 1. liberi, 2. post eos, fratres. (f) Si plures ita substituantur, valet quæque substitutio pro cuiusque bonis.

3. Not. I. Hæ tabulæ, nisi uno contextu fiant, propriam formam requirunt. (g) 2. Sunt accessio testamenti parentum, & velut una dispositio, sed duplex hereditas. (h) 3. Si pater metuat pupillo à substituto, potest partem eam seorsim scribere & consignare, ac cavere, ne filio impubere aperiatur. (i) 4. Si singulis liberis substituitur, nemo est intestatus; si novissimo, vel omnibus conjunctim, omnes præter novissimum. (k) 5. Si substituitur *quisquis* heres erit; intelligitur qui 1. scriptus est heres, (non qui per eum fit) 2. extitit, & 3. pro qua parte extitit. (l)

4. Quælibet substitutio vel est *tacita* vel *expressa*; quia una expressa reliquæ tacite com-

D

pre-

Tit. XVI. (a) l. 2. pr. h. (b) §. 4. h. (c) princ. h. (d) l. 9. C. h. (e) §. 1. h. (f) d. l. 9. (g) l. 16. §. 1. h. (h) §. 2. §. 5. h. (i) §. 3. h. (k) §. 6. h. (l) §. 7. h.



prehenduntur, (m) modò verba omnibus convenire possint. (n) *Expressa* pupillaris, vel quasi, matrem quoque excludit, (o) quod in *tacita* usu non obtinet.

5. Substituti, *tacite* vel *expresse*, succedunt liberis ex utraque *pupillari*, parentibus ex *subgari*.

6. Modus tantùm alius substitutionis est *reciproca* seu *compendiosa*, (p) quâ coheredes invicem substituuntur. *Privilegiata* est, quâ miles ultra pubertatem substituere potest in suis bonis. (q)

7. Finitur pup. *substitutio*, si deficiat 1. ejus casus aut conditio. (r) 2. Ipse substitutus. (s) 3. Testamentum principale, quod tamen, ad hoc ut substitutio valeat, (t) confirmat nuda sui heredis existentia. (u) 4. Si filius tempore mortis patris non sit in potestate. (x) *Quasi pupillaris*, si eodem tempore sanus fuerit (y)

### Tit. XVII. Quib. mod. test. inf.

1. Testamentum sic ritè factum subsistit, quoad fuerit 1. *Ruptum*, cum vitium est ipsius testamenti; (a) 2. *Irritum*, cum testatoris; (b) 3. *Desertum*, cum heredis, si is deficit; (c) 4. *Rescissum*, de quo tit. seq.

(m) l. 4. pr. h. (n) d. l. 4. §. 2. (o) l. 8. §. 5. inoff. test. (p) l. 4. §. 1. b. (q) l. 15. b. (r) l. 5. C. imp. subst. l. 14. b. §. 8. h. (s) l. 8. b. (t) §. 5. b. (u) l. 28. Reb. aut jud. (x) l. 41 §. 2. b. (y) l. 43 pr. h. Tit. 17. (a) §. 1. b. (b) §. 4. b. (c) §. 7. Her. quæ ab int.



2. *Rumpitur* I. Sui heredis, (hodie cuiusque ex masculino descendente *d*) *agnatione* vel *q̄s a-*  
*si agnatione*. (*e*) Illa est veri postumi. (*f*) *Hec*,  
quasi postumi; cum ante vel post testamen-  
tum natus I. in locum proximi succedit. (*g*)  
vel 2. legitimatur. (*h*) vel 3. plenè adoptatur. (*i*)

3. II. *Alio testamento*, etsi heres ex eo non  
existat, (*k*) aut in re certa scriptus, aut priori  
inserta clausula sit de non revocando, cui in  
altero non derogatum; (*l*) modò I. posterius  
sit ritè perfectum: (*m*) vel 2. coram 5. testibus  
juratis instituti in eo proximi heredes; (*n*) vel  
3. qui, filio in priore exheredato, post illum  
proximi sunt. (*o*) Nec prius ut fideicommis-  
sum valet, nisi id voluerit testator. (*p*)

4. III. *Deletionem*, *cancelationem*, consultò à  
testatore facta &c. (*q*) Non verò revocatione  
ulla, nisi juxta l. 27. C. h. facta sit.

5. *Irritum fit*, capitis diminutione testato-  
ris. (*r*) Exc. emancipatio. (*s*)

6. Vitiis his ante mortem sublatis, ex æ-  
quitate reviviscit; (*t*) modò, si vitium ultro  
contractum sit, nova appareat voluntas. (*u*)

D 2

Non

(*d*) l. 4. in f. C. de lib. præd. (*e*) §. 1. §. 5. ex h. lib.  
(*f*) §. 2. eod. (*g*) d. §. 2. (*h*) §. 2. Her. q̄s a ab int.  
(*i*) §. 1. h. (*k*) §. 2. h. (*l*) l. 22. de Legat. 3. (*m*) §. 2.  
§. 3. h. (*n*) l. 21. §. 3. C. Testam. (*o*) l. 12. §. 1. Bon.  
poss. cont. tab. (*p*) §. 3. h. (*q*) t. t. ff. de his q̄s a in  
test. §. fin. h. (*r*) §. 5. h. (*s*) l. 6. §. f. h. (*t*) §. 6. h. l. 12.  
h. l. pen. §. 2. Bon. poss. sec. tab. (*u*) d. l. pen. §. 2.



Non verò eò valet quòd juratum, vel Prin-  
ceps in eo institutus sit. (x)

*Tit. XII. De Inoff. Test.*

1. Rescinditur per querelam testamentum inof-  
ficiosum: quod est testamentum ritè factum,  
quo is excluditur cui legitima debetur. Exclu-  
sio requiritur, qualis exposita est *tit. 13. tb. 2. 3. 4.*

2. Querela est imploratio officii iudicis, quã  
quis queritur, se immerentem & contra offici-  
um pietatis exclusum, quasi à furioso. (a) Hæc  
non est ipsa petitio hereditatis, sed, rescisso  
per eam testamento, fit causa intestati.

3. Datur 1. Liberis, quos nemo præcedit,  
non postumis. (b) 2. Ascendentibus. (c) 3. Ger-  
manis & consanguineis honestis, instituta tur-  
pi personâ. (d)

4. Non eorum heredibus (e) nisi præparata:  
(f) sed contra heredis scripti, qui adiit, here-  
dem; (g) qui si causam testamento adscriptam  
probavit, rescinditur testamentum quoad in-  
stitutionem, reliquis salvis. (h)

5. Tollitur 1. quinquennio ab adita heredi-  
tate. i) 2. si actor iudicium defuncti sponte  
sua probavit. (k) 3. In testamento militis, (l)  
& pupilli. (m) 4. si addita clausula codicilla-  
ris.

(x) §. f. h. Tit. XII. (a) l. 2. l. 5. h. l. 6 §. 1. h.  
(b) princ. h. (c) §. 2. h. (d) l. 27. C. h. (e) d. l. 2.  
(f) l. 6. §. f. h. (g) l. 30. pr. h. l. 36 §. f. C. h. (h)  
Nov. 115. c. 3. inf. c. 4. inf. (i) l. pen. §. 2. h. (k)  
§. 4. §. 5. h. (l) l. 27. §. 2. h. (m) l. 8. §. 5. h.



ris. (m) 5. Si aliquid relictum addito titulo heredis, datur conditio ex l. 30. C. h. ad supplendum, quod deest legitimæ. (d)

6. Legitima hodie in omnium personis est triens, (si ultra 4. semis, & in his numerantur exheredati, non lege exclusi,) portionis ab intestato debitæ: p) in quam computatur, quod 1. ex bonis, 2. iudicio defuncti, (q) & 3. non ut præcipuum ipsi datum est. (r) Illa tolli nequit in liberis; (s) & onus ei adjectum detrahatur. (t)

### *Tit. XIX. De Her. qual. & diff.*

I. Hæres est I. *Necessarius*, sc. servus proprius, qui protinus & invitatus quoque liber ac heres est. (a) II. *Suus*, scil. moriente patre in potestate proximus, qui ipso jure, ignorans, ac necessario heres est, (b) jus tamen abstinendi habet 1. jure prætorio. (c) 2. ex potestativa conditione, (d) & 3. si vulgariter ei substitutum. (e) III. *Extraneus*, qui aditione sponte heredes sunt, ut reliqui. (f)

2. Aditio est declaratio voluntatis (g) acceptandi hereditatem, ab eo, qui sibi eam de-

D 3

latam

(n) l. 29. §. 1. de Testam. (n) l. 30. C. h. Nov. 115. c. 5. (o) l. 8. §. 8. h. (p) Nov. 18. c. 1. (q) l. 8. C. h. (r) l. 25. pr. h. (s) l. 17. pr. Bon. damn. (t) l. 32. C. h. Tit. XIX. (a) §. 1. h. (b) §. 2. §. 3. h. (c) d. §. 2. (d) l. 12. cond. inst. (e) l. 86. inf. Her. inst. (f) §. 4. h. (g) §. ult. h.



latam scit, (h) & habilis est, (i) facta: & sit  
verbis, vel facto quæ dicitur *pro herede ge-*  
*stio* (k)

3. Habilis debet esse tribus temporibus, te-  
stamenti, mortis, & aditionis. Media tempo-  
ra non nocent. (l) Exc. tempus inter mortem  
& aditionem, si purè heres factus sit. (m)

4. Repudiare non potest, nisi qui adire. (n)  
Adeundo ritè & adquirit hereditatem, & ei  
ejusque oneribus se obligat. (o)

5. Datur verò ei duplex beneficium. I. tem-  
pus *deliberandi* à Magistratu, quo & instru-  
menta &c. inspicere (p) & necessaria heredi-  
tatis, autore saltem iudice, curare potest,  
(q) & si filius, inde alitur. (r) Eo elapso, si cre-  
ditores urgent, pro adita habetur; (s) si aliis  
pro repudiata. (t)

6. *Inventarii*, quo ritè & juxta *d. l. fin. §. 1.*  
& 2. confecto I. non tenetur heres ultravires  
hereditatis: (u) nec 2. confunduntur actiones.  
& 3. alias pœnas evitat. (y)

7. Hereditas non adita non transmittitur.  
(a) Exc. I. Sui transmittunt eam ad omnes. (b)

2. Extra-

(h) *l. 21. §. 2. & 3. l. 32. Adq. her.* (i) § 4. *h. (k) d. §.*  
*ult. (l) d. §. 4. (m) d. §. 4. l. 6. §. 2. l. 49. §. 1. Her.*  
*inst. (n) l. 18. Adq. her. (o) §. 5. h. (p) d. l. 5. pr.*  
*(q) d. l. 5. §. 1. & l. seq. (r) l. 9. eod. (s) l. fin. §.*  
*pen. C. eod. (t) l. 69. acq. her. (u) d. l. fin. §. 4. (x)*  
*d. l. fin. §. 9. (y) d. l. fin. §. 4. & seq. (a) l. un. §. 5. C.*  
*rad. toll. (b) l. 8. C. suis & leg.*



2. Extranei ad liberos. (c) 3. Utrique; Jus delibe-  
randi ad omnes. (d)

*Tit. XX. De Legat.*

1. *Legatum* est donatio testamento relicta.  
(a) olim quadruplex fuit, hodie simplex. (a)  
2. *Re*, etiam sub conditione legata, (b)  
quæ nec est nec futura est, (c) vel quæ in  
commercio, saltem legatarii, (d) non est, nec  
res, nec æstimatio, nec pœna debetur, (e) nec  
unquam convalescit. (f) Idem est, *re* legata-  
rii, nisi sub conditione, si ejus esse æstima-  
ti, (g) ipsi legata, (h) aut quatenus postea ex causa  
lucrativa ejus sit. (i) Si verò jus saltem, quod  
nomine rei contineri potest, legatarii non esse  
valet. (k) *Re*, quæ fore speratur, legata, con-  
ditio inest, si fuerit. (k) Exc. Si certa quæ-  
tas fructuum purè legetur, demonstrato sal-  
tem fundo, unde petendi sint. (l)

3. Si testator rem *heredis* legat vel fideicom-  
mittit, valet: (l) si *alienam ignorans*, nihil; si  
*sciens*, (quod legatarius probabit) æstimatio  
debetur. (m) Si *oppignoratam*, valet, & si id  
sciverit testator (quod legatarius docebit.)

D 4

heres

(c) l. un. C. si ant. ap. tab. (d) l. 19. C. jur. del.  
Tit. XX (a) l. 36. Leg. 2. (a) §. 2. h. (b) §. 2. Inut.  
stip. (c) §. 7. h. (d) l. 41. §. 2. Legat. 1. (e) §. 4. h.  
(f) §. 2. Inut. stip. (g) d. l. 41. §. 2. (h) §. 10. h. (i)  
§. 2. §. 19. h. (k) l. 43. §. f. l. 86. pr. §. 6. f. Legat. 1.  
(k) l. 1. §. f. Cond. & dem. (l) 27. in fin. Leg. 3. (l)  
§. 4. h. (m) d. §. 4.



heres luet. (n) Si *suam* quasi alienam, valet. (o) Quod saepius legatur, semel debetur. (p) Exc. si alia voluntas probetur, (q) vel, si quantitas in gemina scriptura relicta sit. (r)

4. Legare potest creditor *nomen* suum cuiusque; (s) & *liberationem* debitori; (t) *debitor* debitum (nam quantitas pure ei legata semper debetur ultra nomen u) creditori, si plus in legato sit, saltem tempore, etsi dies postea existat: (x) quale legatum *dotis* quoque est; (y) modò, si nulla dos est, quantitas expressa sit. (y)

5. *Jus accrescendi* est, quo portio deficiens accrescit re conjuncto vel coheredi. *Conjuncti* sunt 1. *verbis*, si una oratione res diversae vel partes: *re*, si pluribus eadem; *re & verbis*, si una oratione eadem res legatur. (z) Inter *verbis* conjunctos non est jus accrescendi. (a) nisi tertio eadem quoque res legata sit. (b)

6. *Re & verbis* conjuncti à reliquis differunt. quòd 1. iis praeferruntur; (c) 2. pro una persona habentur; (d) 3. res iis accrescit cum onere. (e)

7. Le-

(n) §. 5. h. (o) §. 11. h. (p) l. 34. §. 1. leg. 1. (q) d. l. 34. §. 3. (r) l. 12. probat. (s) §. 21. h. (t) §. 13. h. (u) §. 14. h. (u) l. 16. C. h. (x) d. §. 14. l. 5. Ad L. Falc. l. 81. leg. 2. l. 7. §. f. leg. 3. (y) §. 15. h. (z) l. 142. V. S. (a) §. 8. h. l. pen. Usufr. acer. (b) l. 41. pr. leg. 2. (c) l. 89. leg. 3. (d) l. 34. pr. leg. 1. (e) l. un. §. 10. & 11. C. ead. toll.



7. Legatario accedit, quicquid rei cedit: (f) fructus verò, ex quo legatum agnovit. (g) Peculium ejusque accessio sequitur servum. Exc. 1. si extraneo legatum, quicquid non ex re ipsa peculiari oritur, heredem. Exc. 2. si à vivo manumissus sit. (h)

8. In legato generis aut alterno, nō alia voluntas, eligit legatarius, sed è mediis, (k) at ipsa optione legata, quæ ad heredes transit, optimum quoque: (l) dissensus plurium forte dirimitur. (m) In legato speciei obscuro heres eligit. (n)

9. Legari potest iis, cum quibus est testamenti factio: (o) Vid. Tit. 14. etiam postumis incertisque personis. (p) Non heredi à se ipso, sed à coherede legatum valet: (q) nec purè heredis servo; (r) at domino heredis, modo ante aditionem dominus esse desinat. (s)

10. Legatum & ex die & sub conditione valet: (t) illius dies à tempore mortis cedit, (u) huius existente conditione; nec ante transmittitur, nisi tacita sit conditio. (x) Nec error nominis, (y) aut falsa demonstratio, (z) aut falsa cau-

D 5

sa cau-

(f) §. 18. 19. h. (g) l. fin. C. usur. leg. (h) §. 20. h. (k) §. 22. h. l. 37. pr. leg. 1. (l) §. 23. h. (m) d. §. 23. (n) d. l. 37. §. 1. (o) §. 24. h. (p) §. 25. 28. h. (q) l. 34. §. 11. l. 116. §. 1. leg. 1. (r) §. 32. h. (s) §. 33. h. (t) l. 1. princ. Cond. & dem (u) l. 213. V. S. l. 4. Quid. di leg. (x) l. 6. §. 1. eod. (y) §. 29. h. (z) §. 30. h.



sa causa, (a) (nisi aliter legaturus non fuisset) (a) aut ordo scripturæ, (b) &c. (c) legatum variant. Modus adiectus impleri debet: is sequitur legatum, conditio præcedit. (d)

II. Præstant heredes omnes legatum pro rata, nisi alia voluntas: (e) Ejus dominium acquirit legatarius, si adita hereditate agnoscat, ipso jure, ita ut retro à tempore mortis dominus fuisse intelligatur. (f)

Hinc triplex ipsi datur actio: I. Rei vindicatio, si species propria testatoris fuerit. (g) 2. Actio in personam quasi ex contractu, (h) & 3. Hypothecaria in reliqua bona, quæ heres à defuncto accepit. (i)

13. Deficit legatum I. si res ipsa sine facto heredis deficit; (k) & sublato principali accessorium quoque tollitur, modò seorsim id existere non possit. (l) 2. Si legatarius; quòd vel non vult, vel non potest capere. (m) 3. Si testamentum totum. (n) 4. Ademptione, de qua tit. seq. In §. 34. & seqq. jus vetust tollitur.

*Tit. XXI. De Ademt. & translat. leg.*

I. Adimit testator legatum tum verbis, in qua-

(a) §. 31. h. (a) l. 40. §. f. l. 41. Cond & dem. (b) l. 72. §. 6. eod. (c) §. 34 h. (d) §. 35. §. fin. h. (e) l. 54. §. fin. l. 124. leg. 1. (f) l. 80. leg. 2. l. 64 Furt l. 44 §. 1. leg. 1. l. 86. §. 2. eod. (g) §. 1. h. (h) §. 5. Obl quæ ex contr (i) l. 1. C. comm. de leg. (k) §. 16. h. (l) §. 17. & seqq. h. (m) l. un. §. 2. C. ead. toll. d. l. 44 §. 1. (n) l. 17. Inj. test.

quæ  
quo  
(p)  
ciem  
nom  
l. 3. §.  
2.  
velab  
Tran  
perfo

I. R  
vore  
quart  
detra  
grava  
2. N  
tur, c  
Quisc  
test. (c  
scat.  
legat  
num.  
3.

(o) pr  
(r) l.  
l. 6. h  
h (b)  
h. (e)



quacunque ultima voluntate, (o) tum facto, quo mutata voluntas apparet, ut si deleat, (p) sine necessitate alienet, (q) in aliam speciem vertat, nec alia voluntas appareat; (r) nomen exigat. (s) De capitali inimicitia vid. l. 3. §. f. & seqq. h.

2. *Transfert*, cum legat vel ademtum alii, vel ab alio, vel aliam rem, vel alio modo (t) Transfertur cum modo priori inuncto, nisi personæ cohæreat. (u)

### *Tit. XXII. De L. Falcidia.*

1. Ex præsumpta testatorum mente (a) & favore heredis (b) cautum est L. Falcidia, ut quartam hereditatis heredes legatis gravati detrahere possint, (c) etiam singuli, si seorsim gravati sunt. (c)

2. Not. I. In quartam hanc tantum imputantur, quæ jure hereditario capiuntur. (d) II. Quisq; heres gravatus, quartam deducere potest. (e) Exc. Si portio non gravata ipsi accrescat. (f) III. Antè detrahatur, quicquid præter legata ex hæreditate solvendum, ut æs alienum, impensa funeris, &c. (g)

3. Quarta computatur ex tempore mortis:

D 6

(o) pr. h. (p) l. 1. pr. *His quæ in test.* (q) §. 12. *Leg.* (r) l. 44. §. 2. & seqq. *leg. 1.* (s) §. 21. *Legat.* (t) l. 6. h. (u) l. 95. *Cond. & dem.* Tit. XXII (a) princ. h. (b) l. 71. h. (c) l. 1. pr. h. (e) §. 1. h. (d) l. 74. l. 91. h. (e) §. 1. h. (f) l. 78. h. (g) l. 8. §. 9. *Inoff. test.*



tis : postea heredi crescit & decrevit. (h)

4. Detrahit eam heres, non fideicommissarius, nisi heres animo huic donandi non detraxerit. (i)

4. Cessat 1. In testamento militari; (k) causis piis; (l) & libertate. (m) 2. Si heres omisso inventario, (n) vel subtractis occultatisve rebus, (o) aut aliàs indignum se fecit. (p) 3. Si testator prohibuit, (q) aut heres renunciavit, (r) saltem tacitè, ultrò solvendo, (s) idque vel uni. (t)

### *Tit. XXIII. De Fideic. Her.*

1. *Fideicommissum* est, quod non directò sed per tertium, cui id primò concessum, quique restituere rogatus videtur, relictum est. Id sub Augusto demum vim juris accepit. (a)

2. Estque vel *universale*, cum hereditas ab herede, etiam legitimo; (b) vel *singulare*, cum res singulæ à quocunque honorato restitui rogantur. (c)

3. Heres, qui *fiduciarius dicitur*, restituta quoque hereditate manet heres; (d) & obligabatur ad onera, nullà detractâ quartâ.

4. Hinc

(h) §. 2. b. (i) l. 1. §. 19. *Ad Treb.* (k) l. 7. C. b. (l) l. 49. C. ep. & cler. N 131 c. 12. (m) l. 8. § 9. *Inoff. test.* (n) l. fin. §. 14. C. *Jur. del.* (o) l. 24. b. (p) l. 59. b. (q) *Aut. sed cum. Aut. sed &.* C. b. (r) l. 46. b. (s) l. 1. C. b. (t) d. *auth. sed cum.* Tit. XXIII. (a) §. 1. §. 2. b. & §. ult. tit. seq. (b) §. 2. §. 10. §. 11. h. (c) *print. tit. seq.* (d) §. 3. h.



4. Hinc *Scito Trebell.* primùm translatae sunt pro rata actiones utiles. (e) *Pegasiano* constitutum 1. ut quarta detrahi posset. 2. ut heres congeretur adire & restituere, nec *quarta* retentâ, nec onere. (f) Quæ duo quoque capita translata sunt in *Trebell.* altero sublato (g)

5. In quartam (quæ sæpe *Falcidia*, (g) rectè quoque *Trebelliana* dicitur) imputatur quicquid iudicio defuncti quovis titulo relictum est, modo non à cohærede. (h) Sed & rogari potest heres certis rebus deductis hereditatem restituere, quo casu instar legatarii est, & sine onere. (i)

6. Eam detrahit solus heres, filius præterea legitimam quoque, nisi purè rogatus sit.

7. Bona fideic. obnoxia non possunt alienari. (k) Exc. si liberis oneratis dos aut donatio propter nuptias non sufficiat, (l) aut æs alienum aliaque necessitas urgeat. (m)

8. Cum quis rogat liberorum suorum aliquem, ut post mortem hereditatem restituat, semper inest conditio, si sine liberis decesserit. (n)

9. Cessat, si heres coactus adeat; (o) & iis modis, quibus *Falcidia*, (p) excepto, si inventarium non factum. (q)

D 7. Tit.

(e) §. 4. §. 6. h. (f) §. 5. §. 6. h. (g) §. 7. h. (g) l. 1.

§. 19. l. 64. f. *Ad Treb. Ec.* (h) l. 91. *Ad L. Falc.*

(i) §. 9. h. (k) l. 69. §. pen l. 77. §. 27. leg. 2. (l) *auth.*

*Res qba. C. comm. de leg.* (m) l. 114. §. 14 leg. 1.

(n) l. 30. *C. de fideic.* (o) l. 4. h. (p) *vid. tit. præc.*

§. fin. (q. l. fin. §. 14. *C. jur. del.*

cit. (h)  
ramif-  
non de-

(k) cau-  
isso in-  
rebus,  
i testa-  
vit, (r)  
que vel

Etò sed  
viq; re-  
Id sub

itas ab  
e, cum  
itui ro-

ta quo-  
ligaba-

Hinc  
b. (l)  
Inoff.  
b. (p) l.  
l. 46.  
XXIII.  
to. §. 11.



*Tit. XXIV. De singulis reb.*

1. *Singulare*, quoad jura omnia capientis, (non quoad formam & modum reliquendi) legatis omnimodo comparatur. (r)

2. Verba obliqua sunt, rogo, peto, &c. directa, jubeo &c. media, volo, mando &c.

*Tit. XXV. De Codicill.*

1. *Codicilli* sunt iuxta nostræ voluntatis sententia, de quibusdam quæ post mortem fieri volumus. Unde plures esse possunt, non contrarii, (a) & fieri vel scripto vel nuncupato, (b) ab eo qui testari potest; (c) modò animum habeat codicillos faciendi. (d)

2. Alii sunt testamento *confirmati*, quibus de omnibus, excepta directa hæreditate, disponi potest, (e) sine ulla sua solennitate. (f)

3. Alii *non confirmati*, qui, siue *facto testamento*, siue *non facto*, valent, sed ut fideic. nec in iis legari potest; legata tamen &c. hodie in vim fideicommissi valent. (g)

4. Horum solennia sunt; 1. testes 5. habiles. in quibus & mulier est. 2. subscriptio. 3. in præsentia testatoris, 4. unico contextu. (h) Exc. si sine scripto fidei heredis præsentis est

(r) l. 2. C. comm. de leg. Tit. XXV. (a) §. fin. b. (b) l. ult. §. ult. C. b. (c) l. 8. §. 2. b. (d) l. 1. b. (e) l. 2. §. 2. b. §. 2. eod. (f) §. ult. b. (g) §. 1. b. l. 2. C. comm. de leg. 2. (h) d. l. ult. §. ult.



commisum, non requiritur solennitas ulla, sed, si neget, iusjur. ei deterripotest (i)

5. *Clausula Codicillaris* est, quâ voluit testator valere testamentum, quacunque ratione potest: (k) Valet, si adsint solemnities Codicilli, (l) sub conditione; (m) quâ existente quilibet heres rogatus videtur præstare eo testamento relicta. Tolluntur Codicilli, ut legata (n) *Tit. de Legat. inf.*

### *Lib. III.*

#### *Tit. I. De Her. quæ ab int.*

1. Intestatus est, cui ex testamento non est heres cum effectu. (a)

2. Ab intestato *successio* est, quæ à iuribus ex lege fit. (b)

3. Ea est 1. *incapita*, quâ jure proprii gradus succeditur pro numero personarum. (c) 2. *In stirpes*, quâ remotiores gradus subeundo in locum parentum præmortuorum, eorum partem capiunt; (d) quod *jus representationis* dicunt. 3. *In genera* quam vocant, quâ ascendentes paterni vel materni in unam partem junguntur. (e)

4. Succedentium ab intest. *Ordines* sunt 3. *descen-*

(i) §. ult. *Fideic. her.* (k) l. 29. §. 1. *Qui test. fac.*

(l) l. ult. §. 1. *C. h.* (m) arg. l. 13. *Inoff. test.* (n)

l. 3. §. 2. l. 7. *pr. l. 16. h. Ec.* *Tit. I.* (a) *pr. h.* (b)

l. 130. *V. S.* (c) *Nob. 118. c. 3. inf.* (d) §. 6. *h.* (e)

*d. N. c. 2.*



*scendentium, ascendentium, & collateralium*;  
*Classes 10.* Ita succedunt in classe II. Descen-  
 dentes etiam foeminae, emancipati & postumi;  
 filii in capita, ceteri per jus repræsentationis  
 in stirpes. (f) Concurrit conjux inops locupletis  
 in quartam, aut, si filii vel stirpes 4. pluresve  
 sint, in virilem; servatâ liberis, si é communi  
 matrimonio sint, proprietate: (g) ut & cum re-  
 liquis clasibus concurrit.

II. Ascendentes gradu proximi in genera.  
 (h). Concurrunt (secus J. Sax.) I. Germani, ut-  
 rinque in capita. (i) 2. Germanorum filii, et-  
 iam soli, (k) in stirpes (l) 3. Naturales filii cum  
 matre, si nec uxor nec legitimi sint, in duas  
 uncias, (m) etiam in sequentibus clasibus.

III. Germani. Concurrunt eorum defun-  
 ctorum filii in stirpes. (n)

IV. Germanorum filii, si par vel prior  
 gradus superest, in stirpes; si secus, in capita. (o)

V. Consanguinei & uterini, sine distinctio-  
 ne bonorum. Concurrunt eorundem defun-  
 ctorum filii in stirpes. (p)

VI. Hi eorum filii, si defunctus thios ha-  
 buit, in stirpes; si in suo gradu soli sint, in  
 capita. (q)

VII.

(f) d. N. c. 1. d. §. 6. (g) *auth. præterea C. und. vir.*  
*& ux.* (h) d. N. c. 2. (i) d. c. 2. (k) *arg. d. N. c. 3.* (l) *No.*  
*127 c. 1.* (m) d. c. 3. (n) *auth. licet. C. nat. lib.* (o) *arg.*  
*d. c. 3. vers. unde conscquens.* (p) d. c. 3. *V. si autem*  
*defuncto.* (q) *arg. d. c. vers. Quandoqvidem.*

VII.  
 du. C.  
 IIX  
 ne gr  
 IX.  
 portio  
 X.  
 diofo

5.  
 liberi  
 iustit  
 stra, C  
 (d. Et  
 utrin  
 temp  
 etum  
 avo c  
 trans

I.  
 sum j  
 decre  
 gnita  
 quæ  
 sit. C  
 (r) d.  
 (u) l  
 C. S  
 her. i  
 succ.  
 Qvis



VII. Patruus & cæteri, qui sunt in tertio gradu. (r)

IIIX. Post eos reliqui cognati ex solo ordine graduum. (s)

IX. Coniuges, etiam locupletes; (t) Horum portio statutis variat.

X. Fiscus proximus, (u) sed militi legio, studio Academia. &c. (x)

5. Not. I. Patri &c. liberi sunt, qui iure pro liberis habentur; matri omnes, etiam spurii iuristri, si alii non sint; (z) [non tamen monstra, (b) abortus, (c) & é damnato coitu nati] (d. Et vicissim tales liberis parentes, cæterique utrinque cognati sunt. II. Suus & proximus eo tempore intelliguntur, quo certum fit, defunctum intestatum esse. (e) III. Nepos mortuo avo conceptus, ei non succedit, (f) nisi iure transmissionis, aut singulari.

### Tit. X. De Bon. Poss.

I. Bonorum possessio est successio in universum ius defuncti à Prætoribus concessa. (a) Est vel decretalis, quæ non nisi causâ inter duos cognitâ ex decreto competit: (b) vel edictalis, quæ vi ipsa edicti alicui datur, etsi nulla lis sit. (c)

2. Hæc

(r) d. c. 3. in fin. (s) d. l. (t) l. 1. C. Und. vir & ux. (u) l. 4. C. her. dec. (x) l. 1. l. 2. l. 3. C. eod. (a) l. 5. C. SC. Orph. (b) l. 14. stat. hom. (c) l. 2. C. post. her. inst. (d) d. auth. licet. (e) §. 7. h. §. 7. leg. agn. succ. (f) §. 8. h. Tit. X. (a) l. 3. pr. h. (b) l. 2. §. 1. Qvis ord. in bon. (c) l. 1. §. 10. succ. ed.



2. Hæc datur I. *Ex testamento*, idq; vel *secundum tabb* heredi scripto, etsi nondum existente conditione; (d) quoties testamentum jure præt. valet, aut convalescit. (e) Vel *contra tabb.* liberis à patre vel avis paternis præteritis. (f) II. *Ab int.* hodie secundum ordinem successionis. (g)

3. Petitur coram magistratu. (h)

### Tit. XIV. De Oblig.

1. *Ius ad rem*, seu in personam, est obligationis hæc vinculum juris, quo necessitate adstringimur alicujus rei solvendæ. (a) Est I. civilis vel Prætoria. 2. *Naturalis*, eaqve vel minus plena, qualis ex virtute est; vel plena, unde exceptio est, (b) nulla actio: (c) accessiones tamen, aliqve effectus valent. (d) *Civilis*, unde actio est, sed nulli effectus. (e) *Mixta*, unde utrumque (f)

2. Oritur I. ex 4. causis, contractu, vel quasi, delicto, vel quasi 2. ex varia æquitate. (g)

3. *Contractus* est pactum, quod vi & naturâ sua producit obligationem efficacem. (h) Est vel *nominatus*, cum vis illa ex nomine speciali apparet; (i) vel *innominatus*, cum ex facto: (k)

(d) l. 2. §. 1. *sec. tab.* (e) l. pen. *cod.* (f) §. 1. h. (g) *arg. l. un. ult. ex lege.* (h) §. f. h. Tit. XIV. (a) *pr. h.* (b) §. 1. h. (c) l. 25. §. II. *Pet. her. l. 7. pr. Pact.* (d) l. 6. §. f. *fidej.* (e) t. t. *de Except.* (f) l. 10. h. (g) §. f. h. (h) d. l. 7. *pr.* (i) d. l. 7. §. I. (k) d. l. 7. §. 2.

sc. do  
muta

4. I  
confe  
præc.

quo ob  
dum,

tum e  
cont

tatio,  
us, m

5. I  
statu

natio  
pa fac

6. I  
quis,

tamen

lata c

casus

genti

busto

est or

medi

[k] l.  
l. 1. p  
l. 3. §.  
§. 1. A  
l. 6. l. 8  
l. 18. p



sc. d'out des, &c. [k] item æstimatorius & permutatio.

4. Pactum est plurium in idem placitum consensus. [l] Vel est *contractus*, de quo *th. præc.* vel *pactum* in specie. Hoc vel *nudum*, ex quo obligatio naturalis oritur; [m] vel *nec nudum*, (vestitum ajunt) quod *vel* lege confirmatum est; [n] *vel* contractibus bonæ fidei in continenti adjectum. [o] Differt hinc pollicitatio, quæ valet ob causam ex voluntate unius, modò consensus accedat. [o]

5. Ex contractu præter rem promissam præstatatur dolus & culpa. *Dolus* est omnis machinatio ad lædendum alterum adhibita. [p] *Culpa* factum lege improbatum præter dolum. [q]

6. Culpa alia *versutia* vulgò dicitur, quod quis, sciens alium eo lædi vel lædi posse, non tamen lædendi animo, agit; quæ semper pro lata culpa habetur. [r] Alia *ignavia*; quæ est casus non provisus, qui provideri debuit diligentia: [s] Hujus culpæ tres sunt gradus: (quibus totidem diligentia opponuntur) *lata*, quæ est omissio minimæ diligentia; [t] *levis*, quæ mediæ; [u] *levissima*, quæ maximæ. [x]

7. Cul-

[k] l. 5. pr. præsc. verb. [l] l. 1. §. 1. Pact. [m] d. l. 1. pr. [n] l. 6. eod. [o] d. l. 7. §. 5. [o] l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. Pollic. [p] l. 2. §. 2. Vibon. rapt. [q] l. 3. §. 1. Ad L. Aq. [r] l. 7. pr. l. 32. Depos. [s] l. 5. §. f. l. 6. l. 8. §. 1. Ad L. Aq. [t] l. 213. §. f. l. 223 V. S. [u] l. 18. pr. Commod. [x] §. 2. Quib. mod. re contr.



7. Culpa simpliciter positâ, intelligitur levis. [a Exc. negotia, quorum naturâ alius culpæ gradus definitus est: [b uti in negotiis ultro susceptis, [c & ubi utilitas est solius accipientis, levissima; ubi solius dantis & in precario, lata; ubi utriusque, & in tutela, levis. [d

8. Not. I. Lata culpa dolus est, & regulariter præstatur. [e Exc. I. Si delicti natura malitiam requirat. [f 2. In re communi lata culpa levi comparatur, non dolo. [g II. Casum, nisi in culpam cadat, nemo præstat; si verò recipit, etiam insolitum, et si de eo non cogitaverit: aliàs res perit domino (h) & creditori. [i

9. Actio ex contractu nominato ejusdem nominis oritur; ex innominato, præscriptis verbis; Not. In hoc datum quoque repeti potest, si alter nondum implevit: quæ est condictio causâ datâ &c. [k

10. Contractus sunt vel *μονόπλευροι*, ex quibus una tantum pars obligatur; vel *δίπλευροι*, ex quibus utraqve: [l Ex his *vel* utrinque actio directa nascitur, ut cum utrinque aliquid promissum est, *vel* hinc directa, inde contraria, ut in cæteris bonæ fidei negotiis. [m

II. Di-

[a l. 3. §. 1. l. 6. Jur. ign. [b l. 13. §. f. l. 14. Pignor. [c l. 21. C. mandat. [d l. 5. §. 2. Commod. l. 23. R. [e l. 226. V. S. [f l. 7. Sicar. l. 37. Usuc. [g l. 23. R. f. §. fin. Societ. [h l. 9. C. pign. act. d. l. 23. [i l. 91. §. 3. V. O. [k l. 3. §. 2. cond. caus. dat. [l l. 19. V. S. [m] Vid. §. 28. Act.

II. I.  
rem ac  
lum, c  
traria  
tendun

1. Co  
3. Lite  
2. I.  
fungib  
eodem  
est qua  
vel me  
si ad po  
bitori.

3. R  
tâ, no  
sumtâ  
bendu  
agitur  
de in r

4. I  
restitu  
et si ali  
tor sen  
5. N

[a §. 1.  
Reb. c  
eod. [h



II. *Directa* datur creditori contra debito-  
rem ad præstandum 1. Rem conventam. 2. Do-  
lum, culpam &c. pro natura negotii. *Con-*  
*traria* debitori contra creditorem, ad repe-  
tendum impensas & damna.

*Tit. XV. Quib. mod. re contr.*

1. *Contractus nominati* sunt 1. Re. 2. Verbis.  
3. Literis. 4. Consensu. [a *Re* fiunt quatuor: [b

2. 1. *Mutuum* (quasi ex meo tuum) quo res  
fungibilis ita alii datur, ut is tantundem in  
eodem genere & bonitate restituat. [c *Res* ea  
est quantitas, quæ naturâ suâ numero, pondere  
vel mensurâ constat, ut panes, non pisces et-  
si ad pondus vel numerum dati: [d Ea perit de-  
bitori. [e

3. Re ab eo, qui alienare non potest, tradi-  
tâ, non valet mutuum, nec convalescit con-  
sumtâ: sed, si mala fide consumpta sit, ad exhi-  
bendum, si bona fide, conditione sine causâ  
agitur: [f Civitas ex facto administratorum  
de in rem verso tenetur. [g

4. Pecunia in eadem bonitate extrinseca  
restitui debet, quæ fuit tempore contractus,  
et si alia materia sit, modò ne damnum credi-  
tor sentiat. [h

5. Nascitur inde condictio certi ex mutuo. [i

[a §. ult. *Oblig.* [b d. §. ult. [c pr. b. [d l. 2. §. 1.  
*Reb. cr.* [e §. 2. b. [f l. 12. l. 13. *Reb. cr.* [g l. 27.  
eod. [h l. 99. *Solut.* [i l. 9. *Reb. cr.*

ur le-  
culps  
ultro  
ipien-  
cario

ulari-  
mali-  
cul-  
asum,  
erò re-  
ogita-  
tori. [i  
em no-  
verbis;  
st, si al-  
causâ

ex qui-  
degg  
e actio  
id pro-  
aria

II. Di-  
Pignor.

l. 23. R.

[g l. 23.

l. 23. [i

[l l. 19.



Condictio indebiti verò est quasi ex contractu. [k]

6 II. *Commodatum* quo res gratis utenda ita traditur, ut in eadem specie finito usu restituatur. [l] Eo non finito restituitur in casibus l. 3. C. locat. precarium semper. [m] Finitur usus vel sua naturâ, vel ex pacto adjecto.

7 *Gratis* fit, etsi honorarium detur: si verò merces, erit hîc *locatio rei*, in deposito & mandato *locatio operæ*; si alia res, *contractus innominatus*. [n]

8. Commodatarius præstet culpam levissimam, & tenetur res commodatas suis præferre. [o]

9. III. *Depositum*, vel est in specie, quo res gratis custodienda ita traditur, ut eadem quandocunque restituatur: [o] nec valet pactum ne revocetur. [p]

10. *Vel sequestrum*, idque vel voluntarium vel necessarium: *Illud*, quo à pluribus in solidum; *boc*, quo à iudice res, (v. g. litigiosa) ita alicui committitur, ut sub conditione (v. g. lite finita) alteri restituatur. [q] Posterius prohibitum est, nisi causa necessaria sit. [r]

11. Differant porrò depositum & sequestrum;  
1. *illud* in re mobili consistit, etiam pecunia,

[k] §. 1. b. [l] §. 2. b. [m] l. 2. §. 2. *Precar* [n] Vid. l. 5. *Præscr. verb.* [o] l. 5. §. 2. §. 4. *Commod* [p] §. 3. b. [q] l. 1. §. 45. *Depos.* [r] l. 6. *Depos.* l. 110. V. S. [s] l. 1. §. 1. b. [u] l. 2. §. 1. 17. §. 1. eod. [v] l. 18. §. 1.



contra-

tenda

usu re-

in casu

Finitur

o.

: si verò

&amp; man-

us inno-

levisi-

uis præ-

quo res

eadem

alet pa-

tarium

s in soli-

iosa) ita

(v. g. li-

rius pro-

[7

vestrum;

pecunia,

si ut

[n Vid.

od [o §. 3.

n. K. S. [1

si ut species detur; quod tamen pacta variant:  
[s hoc in rebus soli quoque. [t 2. Ibi culpa lata  
præstatur, [u hinc levissima. [x 3. Ibi sola custo-  
dia, hinc cura. [a 4. In hoc, non illo, possessio  
transit. [b]

12. IV. *Pignus* (à pugno) quo possessio rei  
ita traditur pro debito, ut hoc soluto, restitua-  
tur, non soluto, ritè distrahatur. [c Differt ab  
hypotheca, quæ nudo pacto fit. [d Illud plerum-  
que in re mobili constituitur, hæc in re soli.

13. Si res aliena sit, conventio valet; [e jus  
in re pignoris non valet. [f]

14. Actiones ex commodato, deposito, pi-  
gnore, sunt vel *directæ*, quæ competunt rem-  
tradentibus adversus accipientes ad præstan-  
dam rem, & pro cuiusque natura, culpam. Vel  
*contrariæ*, quæ accipientibus contra tradentes  
ad damna & impensas: has modicas fert qui  
utitur. [g Præterea ex jure pignoris datur hy-  
pothecaria in rem creditori contra quemcun-  
que possessorem. [h]

### Tit. XVI. De Verb. Obl.

1. Contractus nominatus *verbalis* dicitur *sti-  
pulatio*; & est eorum, quæ rogata sunt inter  
præ-

[s] l. 9. §. 11. l. 10. *Reb. cr.* [t] l. 5. *C. qbor. app.*

[u] l. 23. *R. 7.* [x] *arg. l. 21. C. mand.* [a] d. l. 5. [b]

l. 17 §. 1. *Depos.* [c] §. *fin. h. t. t. Dign. act.* [d] l. 1.

*cod.* [e] l. 9. l. 16. §. 1. *cod.* [f] l. 6 *C. si res al.* [g]

l. 18. §. 2. *Commod.* [h] §. 7. *Action.*



præsentes [*a* in continenti [*b* verbis [*c* facta  
repromissio. Oritur inde actio ex stipulatu.  
Exc. si res certa sit, condictio certi. [*d*

2. Est ea civilis, & stricti juris: vim cautio-  
nis habet: hodieque à pacto longè differt; sed  
solemnia verba non requirit, [*e* modò animus  
sit stipulandi. [*f*

3. Not. I. Tot sunt stipulationes, quot res  
vel summæ; [*g* & sufficit ad unam congruè  
respondum. [*h* II. Si quis scripserit, se ex sti-  
pulatu promississe; vel, si constet rem inter  
præsentes gestam, omnia videntur ritè acta. [*i*

4. Ex pura stipulatione statim peti potest.  
[*k* Adjecto die, statim nata est actio, sed peti  
non potest, nisi dies tota præterit. [*l* Condi-  
tione adjecta, nec nata est actio, nec peti po-  
test, nisi existente conditione: quæ, si in non  
faciendo consistit, post mortem demum im-  
pletur. [*m*

5. Not. I. Annua stipulatio initio cujusque  
anni cedit: & una, pura ac perpetua est: [*n* et si  
addat creditor, *quoad vivam*; sed tum repelli-  
tur heres exceptione pacti. [*o* Legatum annu-  
um multiplex, & conditionale est, et si id non  
additum, ac morte finitur. [*p* II. Creditore

mor-

[*a*] l. 1. C. h. de contr. stip. [*b*] l. 137. pr. h. [*c*] l. 1.  
§. 2. h. [*d*] pr. h. [*e*] l. 10. C. h. §. 1. h. [*f*] l. 7. §. 12.  
Pact. [*g*] l. 29. pr. h. [*h*] §. 17. Inut. stip. [*i*] l. 1.  
C. h. [*k*] §. 2. h. [*l*] d. §. 2. [*m*] §. 4. h. [*n*] §. 3. h.  
l. 16. §. 1. h. [*o*] d. §. 3. [*p*] l. 4. Ann. leg.

mortu  
debit  
legati  
vitiat  
idem  
cto ta  
Si erg  
valet.

6.  
quo p  
id, qu  
agitur  
hac, c  
[*d*] ac  
litem

Co  
tur, [  
tur: A  
dum  
ex al  
posu  
2.

[*r*] §.  
§. 10.  
[*a*] §.  
nat.  
d. §.  
No6.  
[*c*] l.



mortuo pendente quacunque conditione, spes debitum iri ad heredem transit: [r] secus in legatis. [s] III. Impossibilis conditio semper vitiat contractum, [t] non legata: [u] in cæteris idem jus est, quod in legatis. IV. Loco adjecto tacitè dies inest, quo perveniri eò possit. Si ergo intra diem adjectum non possit, non valet. [x]

6. Obligatio est vel dandi vel faciendi: [a] quo proinde omne factum intellige, præter id, quod consistit in ipsa re danda. [b] Ex illa agitur ad rem præcisè tradendam; [c] ex hac, cum tempus præterit, quo fieri potuit, [d] ad id quod interest vel pœnam: [e] ante litem motam tamen faciendo liberatur. [f]

*Tit. XVII. De Duobus Reis.*

Correi credendi sunt, cum id specialiter agitur, [a] ut pluribus idem in solidum debeatur: *Debendi*, cum id, ut plures idem in solidum debeant. [b] Nec verbis tantum, sed & ex aliis contractibus, quin testamento fieri possunt. [c]

2. Hic requiritur, ut 1. in continenti, [d]

E

2. p. st

[r] §. 4. b. [s] l. 4. pr. l. 5. pr. *Quand. di. leg.* [t] §. 10. *Inut. stip.* [u] §. 10. *Her. inst.* [x] §. 5. b. [a] §. fin. b. l. 2. pr. b. [b] l. 72. pr. b. [c] §. 2. *Donat.* [d] §. fin. *Inut. stip.* l. 58. §. 1. *Loc. cond.* [e] d. §. fin. l. 13. in f. *Re jud.* [f] l. 84. b. l. 11. §. 1. *No6.* Tit. 17. [a] *auth. Hoc ita. C. b.* [b] pr. b. [c] l. 9. pr. b. [d] l. 12. pr. b. [e] pr. b.



2. post omnium rogationem, [e] 3. idem, 4. in solidum [f] & 5. pari jure omnes promittant. [g]

3. Unus ergo *creditorum* agit, ac remittit, ac si solus esset. (b)

4. Unus *debitorum* solvendo uni, liberat correos: (i) nec ab iis repetit, nisi vel socii (k) vel actio cesa sit. (l)

5. Divisionis vero beneficium hodie ipsis tribuitur, modo non renunciaverint, & reliqui conventu faciles sint. (m)

*Tit. XLIX. De stip. serv. Tit. XIX.  
De Div stip.*

1. Ex stipulatione servi acquirit hereditas (a) vel domini omnes. (b) Exc. 1. Si unius nomine vel jussu facta, ille solus: (c) jussus tamen praefertur. (d) 2. Nudum servi factum ejus personae cohaeret. (e)

2. Stipulationes seu cautiones sunt 1. *conventionales*, quae sunt libero consensu partium. (f) 2. *Prætoriae*, quas Prætor vel Aedilis edicto fieri voluit. (g)

3. Hæ sunt 1. *Judiciales*, quas Prætor fieri jussit coram iudice pedaneo, vel in iudicio ordinato.

(f) l. 3. §. 1. b. §. 1. b. (g) l. 9. §. 1. §. 2 b. (h) l. 31. §. 1. b. (i) §. 1. b. (k) l. 62. pr. *Ad l. Falc.* (l) l. 36. *Fidej.* (m) *d. auth. Hoc ita.* Tit. 18. (a) pr. b. (b) §. 1. b. (c) §. f. b. (d) l. fin. C. per quas pers. obl. §. f. eod. (e) §. 2. b. Tit. 19. (f) §. 3. b. (g) §. 2. b.



ordinario, (h) (ut de dolo, si res post moram  
vel tempus restituenda, (i) vel actio differtur;  
(k) de servo persequendo; in fam. etc. (l) &c.)  
2. *Prætorie in specie*, quæ coram se vel extra  
ordinem; (ut damni infecti, quod metuitur  
ex vitio rei vel operis; legatorum &c. (m) 3. *Com-*  
*munes*: quas utrobique; ut rem pupilli salvam  
fore, de rato, (n) iudicatum solvi (o) &c. Ho-  
die iudicium differentia cessat, non causarum.

*Tit. XX. De Inut. stip.*

Stipulatio fit inutilis propter vitium quod  
est I. In re, si ea I. non sit, saltem futura; (a) 2.  
Non in commercio, (b) saltem stipulantis; (c)  
Vel 3. Ipsius propria sit; (d) p. rinde ut in legato  
*sup. t. 20. §. 2.* 4. si turpis vel impossibilis pro-  
missio. (e) 5. si in corpore (f), non si in spe-  
cie, disensum. (g)

II. In personis: si muti, surdi, (h) absentes:  
(quos toto die abfuisse probandum est, i)  
vel qui consentire non possunt, ut furiosus,  
(k) infans, infantie proximus, (l) prodigus: (m)  
hi tamen duo & (n) pubertati proximus, (o) me-

E 2

lio-

(h) §. 1. b. (i) l. 18. l. 20. de R. V. l. 5. pr. Ul. q. 6. cas. 6.  
(k) l. 1. pr. Ul. leg. (l) l. 25. §. 10. fam. etc. (m) §. 2.  
b. (n) §. fin. b. (o) §. 4. Satisd. Tit. 20. (a) §. 1.  
b. l. 97. b. (b) §. 2. b. l. 83. §. 5. b. (c) l. 34. b. (d)  
§. 2. b. l. 82. pr. b. §. 21. b. (e) §. 23. b. l. 83. §. 5. b.  
§. 10. b. (f) §. 22. b. (g) l. 22. b. (h) §. 7. b. (i) §. 11.  
b. l. 14. C. contr. stip. (k) §. 8. b. l. 1. §. 17. Obl. &c.  
act. (l) §. 9. b. (m) l. 6. b. (n) d. §. 9. d. l. 6. (o) d. §. 9



liorem conditionem suam facere possunt.  
 Filiusf. impubes ne quidem autore patre obli-  
 gatur, (p) at minor, etiam solus, ex stipulatu:  
 (q) Servus obligari non potest, filiusf. potest. (r)

III. In *contractu* ipso, 1. contra ejus for-  
 mam: (r) ut si ex intervallo, (s) vel non con-  
 gruè responsum, ut rogatū. (t) Exc. si responsio  
 creditori illico placeat. (u) Si plures sint stipu-  
 lationes, utilis per inutilem non vitatur. (x)  
 2. Si incidat in duas regulas sequentes:

(a) *Nemo promittere potest alium daturum.*  
 (a) Nisi promittat 1. Poenam; (b) 2. factum su-  
 um, (c) vel 3. heredis, (d) vel 4. tale, quo pro-  
 prium factum intelligitur; (e) quod hodie, (nō  
 aliud actum) semper intelligi volunt, sic ut li-  
 beretur præstando omnem diligentiam. (f)

(β) *Nemo potest alii stipulari.* (g) Nisi 1. suā  
 intersit, (h) 2. Poenam sibi stipuletur. (i) 3. ad-  
 jectus sit *solutioni*, ita: *mibi aut Titio dari*; non  
*obligationi*, ita: *mibi & Titio dari*. (k) 4. Pro-  
 curator ex re domini. (l) 5. Idem domino præ-  
 sente. (m) 6. Hæredibus. (n) 7. Pupillis, aliisq:

(p) d. §. 9. in fin. (q) l. 101. b. (r) §. 6. b. (r) de qua  
 tit. 16 §. 1. (s) l. 137. pr. b. (t) §. 5. b. (u) l. 1. §. 3. b.  
 (x) d. l. 1. §. 5. (a) d. §. 3. (b) §. 20. b. (c) d. §. 3. (d)  
 l. 83. pr. & §. 1. b. (e) d. l. 83. pr. & l. 81. pr. b.  
 (f) arg. l. 39. R. J. (g) §. 4. §. 18. b. l. 11. O. &  
 A. (h) §. 19. b. (i) §. 18. b. (k) §. 4. b. (l)  
 l. 68. Procur. (m) l. 79. b. (n) l. 38. §. 12. &  
 seq. b.



qui curatores habent. (o) 8. Militi. (p) 9. Stipulatione Prætoria, causâ cognitâ. (q) 10. Per publicam personam. (r) 11. Servus domino. 12. Filius patri. (s) 13. Pater filio. ex qua causa sibi acquirit. (t) At ex eadem promittere filio. non potest: (u) filius. verò patri promittens obligatur naturaliter. (a) 14. Dotem reddi uxori vel cognatis. (b) Not. In genere quoque alius alii obligationem quærit, quoties 15. illa traditione constituitur: (c) vel 16. ut nudus minister vel nuncius contrahit. (d) Hæc regula usu sublata non est. [e] Valer hodie stipulatio in tempus mortis, & pridie mortis, & post mortem cujusque, etiam præposita. (f)

### Tit. XXI. De Fidej.

1. *Fidejussor* est, qui alterius obligationis idem, quod ille debet, verbis promittendo, accedit: (a) unde *appromissor* dicitur. (b) Alius est *expromissor*, (c) i. delegatus: similis *mandator*. (d)

E 3

2 Pro-

(o) l. 5. §. pen. *Pec. const.* (p) l. 26. *reb. cred.* (q) l. 5. *Prætor. stip.* (r) l. 1. §. 15. *Mag. cons.* (s) §. 4. *pr. b.* (t) d. 4. in f. l. 39. l. 130. *pr. b.* (u) §. 6. b. l. 4. *Judic. l. 6* §. 1. *fidej.* (a) l. 38. *pr. Cond. ind.* (b) l. 7. *C. pact. cons. l. 45. sol. matr.* (c) l. 9. §. p. *Reb. cred. l. 126. §. 2. V. O. l. 53. acq. rer. dom.* (d) l. 14. §. f. l. 15. *Pec. const.* (e) *Carpz. 2. 33. 26. Christ. 3. dec. 34. n. 8.* (f) §. 12. 13. 14. 15. b. Tit. 21. (a) *pr. b.* (b) l. 5. §. 2. *Verb. obl.* (c) l. 37. §. f. *Op. lib.* (d) *rubr. ff. b. l. 32. Mand.*



2. Promittit *vel* pro reo ; *vel* pro fidejussore, **Rückbürge.** (e) Uterq; *vel* purè, *vel* quat. res ab altero servari nequit, **Schadlosbürge.** (f)

3. Accedit obligationi omni, etiam naturali, (g) & ex delicto. (h) Exc. 1. Non merè civili, & quæ perpetua exceptione eliditur, (i) aut aliàs non tenet. (k) 2. Non pecuniæ mutuæ filii. (l) 3. Non pro pœna corporali: iudicio fitti tamen cautio pro reo causâ cognitâ admittitur. (m) Nec 4. pro dote. (n)

4. Præcedere debitum potest, (o) sed inest & conditio, *si debitum fuerit*, & eadem, quæ debito. (p)

5. Fidejubere possunt, qui se obligare. Exc. 1. Mulier. (q) 2. Miles. (r) At hi, ut & minor, in rem suam fidejubere possunt. (s)

6. Actio datur l. creditori ex stipulatu contra fidejussores & heredes, (t) etiam ad usuras, quæ naturâ actionis ex mora debentur. (u)

7. Fidejussores tenentur singuli in solidum: (x) triplex tamen exceptio ipsis competit. I. *Ordinis* seu excussionis, quæ datur, quoad reus, qui conveniri, & commodè, potest, excus-  
sus

(e) l. 27. §. f. b. (f) l. 6. Novat. (g) §. 1. b. (h) l. 8. §. 5. b. (i) l. 3. §. 1. Pec. const. (k) l. 6. Verb. obl. (l) l. 11. b. (m) l. 3. Cust. reor. (n) t. t. C. ne. fid. dot. (o) §. 3. b. (p) l. 57. b. (q) t. t. SCt. Vell. (r) l. 31. C. locat. (s) l. 8. §. 1. Qui sat. (t) §. 2. b. (u) l. 10. Rem pup. (x) §. 4. b.



sus fuerit. (a) 2. *Divisionis*, quæ datur, quoad reliqui solvendo sunt, ut inter eos actio dividatur. (b) 3. *Cedendarum actionum*, quæ solutio differtur, donec actor omnes actiones in reum & confidejussores, cum accessionibus, cesserit. (c)

8. Hæc beneficia cessant, si fidejussor neget se fidejussisse, (d) aut iis in specie renunciaverit. (e)

9. Fidejussor firmius reo obligari potest, non gravius; (f) semper tamen tenetur in summam concurrentem. (g)

10. II. Fidejussori contra reum (non confidejussorem) *scientem*, (i) mandati; *ignorantem*, negotiorum gestorum actio datur; (k) si rite satisfecerit, ad repetendum, (l) si sine culpa sua damnatus, (m) vel reus diu in mora sit, aut bona dilapidet, (n) ad id ut liberetur, & reus solvat. (o) Non datur, si pro invito (p) vel donandi animo fidejusserit. (q)

II. Si instrumento scriptum est, *fidejussisse*, omnia videntur rite acta. (r)

### *Tit. XXII. De Lit. obl.*

I. *Tertia species contractuum nominatorum*

E 4 est

(a) *aut* presente. C. b. (b) § 4. b. (c) l. 23. *her. vend.* l. 36 b. (d) l. 10. §. 1. b. (e) l. *pen.* C. *paet.* (f) §. 5. b. (g) l. 22 C. b. l. 33. *Mand* (h) l. 39. b. (i) §. 6. b. (k) l. 6. §. 29. *Mand.* (l) §. 6. b. (m) l. 67. b. (n) l. 38. §. f. ff. l. 10. C. *mand.* (o) l. 45. §. 5. *cod.* (p) l. *fin.* C. *neg. gest.* (q) l. 32. *Paet.* (r) §. f. h. l. 30. h.



est *literarum obligatio*, quā quis literis mutuum pecuniam, quam se accepisse confessus est, restituere promittit. (a)

2. Ex his literis obligatur promissor, sed si non numeratam sibi pecuniam contendit, datur ei intra biennium tum querela tum exceptio non numeratæ pecuniæ, (b) nisi actor solutam probet. (c) Exacto biennio, si ipse probare velit, vulgò exceptio doli ei datur.

3. Locum habet in causis obligationum, quæ traditione fiunt. (d) Exc. depositum. (e)

3. Eadem querela & exceptio creditori, apochâ solutum sibi debitum fatenti, intra 30. dies datur. (f)

4. Cessat, si ei in specie renunciaverit, (g) aut postea iteratò tacitè vel expressè debitum agnoverit, (h) non si creditor non egerit.

### *Tit. XXIII. De Obl. ex cons.*

1. *Quarta species contractuum nominatorum* sunt illi, qui solo consensu consistunt, sed nomen habent: Hi inter absentes, (a) nutu, (b) & tacitè (c) quoq; fieri possunt, & omnes bonæ fidei sunt. (d)

2. Con-

(a) §. un. h. (b) l. 7. C. non num. pec. (c) l. 10. C. eod. (d) l. 15. C. eod. t. t. C. si pign. com. (e) l. 14. §. 1. C. non num. pec. (f) d. l. 14. §. 2. (g) l. 14. §. pen. Edil. ed. (h) l. 4. C. non num. pec. Tit. 23. (a) l. 2. §. 2. O. & A. (b) l. 52. §. f. eod. (c) l. 2. pr. Ad mun. l. 60. R. 7. (d) §. un. h.



2. Contractum vitiat error in corpore: (e) em-  
tionem etiam error in specie (f) & sexu. (g)

3. Cæteri errores non vitiant contractum.  
(h) Exc. 1. si vitium in re lateat. (i) 2. Si ultra  
dimidium quis læsus sit. (k) 3. Si dolus causam  
contractui bonæ fidei dederit. (l) Si verò do-  
lus incidens sit, agitur ex ipso contractu; (m  
in stricti juris negotiis semper actione de dolo,  
(n nisi clausula doli stipulationi sit inserta. (o

4. Dolus causam dans est, quo quis induci-  
tur ad contrahendum; (p incidens, quo in  
contractu ultrò suscepto læditur. (q)

5. Vi & metu extortum quoque negotium  
subsistit, sed rescinditur. (r Exc. dos. (s

### Tit. XXIV. De Emt. & Vend.

1. Talis contractus est I. *Emtio venditio*, quæ  
agitur de re pro precio danda. Simul atq; er-  
go de precio conventum, perfecta est, & con-  
stat 1. consensu. 2. precio. 3. merce. (a Emtio  
(ut omnis contractus) vel *nuda* est, vel *scri-  
pta*, quam placuit (et si non expressè) scripto  
contrahi. (a

E 5

2. Pre-

(e) l. 22. Verb. obl. l. 1. §. fin. de Pign. act (f) l. 9.  
§. ult. l. 14. de Contr. emt. (g) l. 11. §. fin. eod. (h  
l. 45. eod. d. l. 22. (i) l. 1. §. 2. Æd. ed. (k) l. 2. C. resc.  
vend. (l) l. 5. C. eod. (m) l. 7. §. 3. inf. Dol. mal. l. 11.  
§. 5. Act. emt. (n) d. l. 7. §. 3. (o) d. l. 22. d. l. 7. §. 3.  
(p) d. l. 7. pr. (q) d. l. 11. §. 5. (r) l. 9. §. 7. Quod met.  
caus. (s) l. 21 §. 3. eod. Tit. 24. (a) pr. b. (a) d. pr.  
l. 17. C. fid. inst. l. fin. C. h. l. 32. Mand.



2. *Precium* est æstimatio rei; *merces*, operæ ac usûs in locatione; *usura*, usûs in aliis. Omnis æstimatio debet esse 1. certa, saltem relatione ad aliud; (b & valet certæ (c personæ (non partis d) arbitrio commissa, modò ea æstimet; (e si enormiter iniquè, continetur boni viri arbitrium. (f 2. Regulariter pecunia numerata. (g 3. Non simulata. (h Si & premium & res veniat, pro parte emtio est; si premium ea lege, ut præterea quid præstetur, mera emtio. (i

3. *Merx* est res in commercio æstimabilis; quæ si tam generalis sit, ut definiri nequeat, nullus est contractus: (k Alea quoq; & eventus merx est. (k

4. *Arrha* est argumentum contractæ emtionis nudæ, non scriptæ, sed ab hac, quoad scriptura perfecta non est, recedi sub damno arrhæ vel dupli potest. (l

5. Emptione perfecta, si res *deterior fiat*, damnum emptoris est, ex quo consensum de precio, (m) nisi ad probationem vendita sit: (n si pereat, (saltem pro parte) ex quo 1. dies venit, & 2. species certa debita fuit. (p Exc. 1. si aliter pacti. (q 2. Post moram omne periculum

(b) §. 1. h. (c) l. f. C. h. (d) l. 13. C. h. (e) d. l. ult. (f) l. 79 l. 80 Pro soc. (g) §. 2. h. (h) l. 46. Loc. l. 54. O. & A (i) l. 6. §. 1. l. 21. §. 4. Act. emt. (j) l. 34. §. 1. h. (k) l. 115. pr. Verb. obl. (k) l. 8. h. (l) §. 1. h. (m) l. 8. §. 1. sanc; Per. & com. (n) l. 4. §. 1. cod. (o) l. 7. pr. cod. (p) d. l. 8. pr. (q) l. 10. pr. cod.



lum venditoris est, (r) commodum emtoris, (s) modò precium obtulerit. (t) 3. Si vitium tempore contractus jam fuit.

6. Actio utrinq; directa, *Venditi* datur venditori ad precium; *emti*, emtori ad rem petendam: *utraq;* ad præstandam culpam *leuem* &c. pro natura contractus. (u) Ad *levisimam* tenetur venditor 1. si custodiam pacto recepit, (x) vel 2. diem traditioni præfixit. (a)

7. Tenetur venditor præcisè rem tradere, (b) & sufficit, si præstet habere licere, quoad evicta res fuerit. (c) Si res perit, aut in commercio non est, tenetur sciens venditor ex emto, et si emtio nulla sit. (d)

8. Venditor *hereditatis*, heres; *actionis*, creditor manet: Sed ille, quod præstat, repetit, quod percipit, reddit (e) Hic transfert utilem actionem, (f) & ex cessione directam nomine cedentis: (g) & sufficit nomen esse, licet reus non solvendo sit. (h)

9. *Lex commissoria* est pactum, ut, precio ad diem non soluto, res inempta sit. (i) *Addictio in diem* est pactum, ut, meliore conditione allata, res

E 6

ta, res

(r) l. 4. C. eod. (s) l. 3. §. f. *Act. emt.* (t) l. 13 §. 8. eod. l. fin. C. Per. & comm. (u) l. 5. §. 3. (x) §. 3 h. l. 35. §. 4, h. (a) l. 2 §. 1. l. 3. Per. & com. (b) l. 46. l. 30. eod. §. 2. Donat. (c) l. 30. §. 1. *Act. emt.* (d) §. fin. h. (e) l. 2. §. 10. Her. vend. (f) l. 7. C. her. vend. (g) l. 8. C. eod. (h) l. 4. eod. (i) l. 1. leg. comm.



ta, res inempta sit. (k) Utrobique in dubio pura emptio est, & sub conditione resolvitur. (l)

*Tit. XXV. De Loc. & Cond.*

1. II. *Locatio conductio*, quæ agitur de usu rei vel operæ pro mercede præstando: Iisdem illa regulis, ut emptio, (a) & merces, ut precium, continetur. (b) Merce tamen & in parte fructuum ejusdem generis constitui potest, qui colonus *partiarius* dicitur; (c) at si alia res venit, non est locatio. (d)

2. Locator ergo vel rei vel operæ est: ille, à quo res, hic, à quo opera honesta & locari solita procedit seu præstatur. (e) Differt à venditore, à quo res ita procedit, ut dominium in alium transeat. Opifex est locator operæ, (f) & conductor operis: (g) sed, si id actum, ut è sua materia opus faciat, venditor. (h)

3. Actio utrinque directa; *Locati* locatori datur ad mercedem, (etsi conductor ante tempus sine justa causa deseruit i) & finita locatione, ad rem repetendam (k) Finitur illa finito usu, (l) sed & antè, si 1. dominus ipse indigeat. 2. refectione opus sit. 3. conductor abutatur, (m) vel pensionibus biennio non pareat: (n)

ter-

(k) t. t. *In di add.* (l) l. 2. §. 3. §. 4. *Pro empt.* Tit. 25. (a) pr. h. (b) §. 1. h. (c) l. 25. §. 6. h. l. 23. C. *Usur.* (d) §. 2. h. (e) l. 26. V. O. l. 5. §. 2. P. V. (f) l. 22. §. 2. h. (g) l. 19. §. 7. h. l. 1. pr. *Æst. act.* (h) §. 4. h. (i) l. 25. §. 2. §. 4. h. (k) l. 34. C. h. (l) *vid. sup. t. 15. th. 6.* (m) l. 3. C. h. (n) l. 56. h.



tertio casu , is totam mercedem ; cæteris , pro rata debet. (o) Non morte : (p) & lapsso tempore res patientiâ tacitè relocata videtur. (q) Emtor verò stare locationi non tenetur. (r

4. *Conducti* conductori ad usum præstandum. *Utraque* ad reliquas præstationes ex patetis vel natura contractus , (s uti culpam *levem* ; (t qui verò operam locare solet , (u vel peritiam profitetur , (x *levissimam* : casum intrinsecum fructuum colonus fert , non extrinsecum , (a nisi modicum damnum sit. (b Opifex præstat , quod vi majore , (c vel vitio operis , non rei , accidit. (d

5. Similis est *Emphyteusis* , qua voce vel *jus* ipsum denotatur , quod est ususfructus perpetuus (e) (*dominium utile* vocant) in fundo , ejus meliorandi causâ , Emphyteutæ ita constitutus , ut Canonem in recognitionem domini directi præstet. (f Vel *contractus nominatus* , quo de jure hoc pro Canone transferendo agitur. (g Scriptura ad probationem necessaria est. (h

6. Jus illud testamento quoque & præscrip-  
E 7 ptione

(o arg. l. 55. §. f. h. (p §. fin. h. (q l. 16. C. h. (r l. 9 C. h. (s §. 5. h. (t l. 5. §. 3. *Commod.* (u l. 40. h. l. 1. §. 8. *Depos.* §. 5. h. (x l. 9. §. p. h. (a) l. 15 §. 2. h. (b l. 25. §. 6. h. (c l. 37. h. (d l. fin. h. (e l. 1. inf. Si ag. *vecl.* (f §. 3. h. (g d. §. 3. (h l. 1. C. *Jur. Emph.* l. 14. §. fin. C. SS. *Eccl.*



ptione acquiri potest, ut alia jura (i Transsit ad heredes omnes, (k nisi restrictum sit. (l

7. Tollitur 1. Interitu totius rei. (m 2. Lapso tempore. 3. Extinctis personis, ad quas restrictum est. (n 4. Si emphyteuta re abutatur, vel 5. Canonem intra triennium in seculari, (o vel biennium in ecclesiastica emphyteusi, non solverit. (p 6. Si sine domini consensu vendita, qui tamen tenetur intra duos menses vel consentire vel emere. (q

8. Actio Emphyteucaria, utrinque directa, datur domino, ad Canonem, & finitæ Emphyteusi, rem petendam: Emphyteutæ contra dominum, ut jus Emphyteuticum constituat, & uti licere præstet. (r Utrique præterea actio in rem. (s

### Tit. XXVI. De Societ.

III. *Societas*, quæ agitur de communicando invicem rei vel negotii honesti lucro ac damno. (a)

2. Est vel *universalis* vel *particularis*. Illa vel *omnium bonorum*, quæ omnia bona & onera, (b) ad quæ socius tenetur, modo ne è delicto suo, (c) communia sunt: vel *omnium negotiationum*,

(i l. 86. § f. Leg. 1. (k § 3. h. (l l. ult. Si ag. vect. (m l. 1. in f. C. Fur. Emph § 3. h. (n d. l. ult. (o l. 2. C. jur. emph. (p auth. qui rem. C. SS. Eccl. (q l. 3. C. Fur. Emph. (r arg. § 3. h. (s t. t. si ag. vect. Tit. 26. (a l. 57. b. (b l. 73. b. (c l. 53. § f. & seqq. b.



*tionum*, (qualis in dubio contracta intelligitur *d*) quæ sola ea, quæ quæstus causa sunt. *Hæc*, quæ certarum rerum vel negotiorum est. (*e*)

3. Partes *expresse* servandæ, etsi 1. sint inæquales. (*f* 2. Unus ferat duas damni & unam lucri, (modò tam preciosa sit socii opera, ne alteri inutilis sit societas. *g*) Vel 3. partem lucri, nullam damni, (ubi lucrum accipitur deducto damno.) (*h*)

4. Exc. 1. Si convénit, ut damnum non lucrum commune sit. (*i* 2. Si donationis causa inita sit. (*k* Si non *expresse*, pro rata collationis æquales sunt. (*l* Conferri quoque possunt partes in arbitrium socii vel tertii. (*m* Si nimis iniquè arbitrentur, continetur arbitrium boni viri. (*n*)

5. Partes in lucro *expresse*, intelliguntur & in damno, & retro. (*o* *Lucrum* est, quod superest deducto damno. (*p* Exc. si hoc socii culpa contigit. (*q*)

6. Actio utrinque directa datur ad *lucrum*, vel *damni* divisionem, cæterasque præstationes & culpam *levem*; (*r* quæ hîc est omisio diligentia minimæ, vel ejus, quam socius in suis adhibet. (*s*)

7. Fi-  
(*d* l. 7. b. (*e* *princ.* b. (*f* § 1. b. (*g* §. 2. b. (*h* d. §. 2. in fin. (*i* l. 29. §. 2. b. (*k* l. 5. §. f. b. (*l* § 6. b. (*m* l. 75 & seqq. b. (*n* l. 79. & seq. b. (*o* §. 3. b. (*p* l. 30. b. (*q* l. 25. & seq. b. (*r* l. 5. §. 2. *Commod.* (*s* §. ult. b. l. 23. R. 7. l. 25. §. 16. *fam. etc.*)



7. *Finitur* quoad omnes socios I. *morte* unius socii, (*t* etsi aliud convénit. (*u* Exc. I. Si convénit, ut inter superstites duret. (*x* 2. Manet, donec mors ignoratur. (*a* 3. Inchoata heres perficit. (*b* Actio quoque ex antè gesto ad heredes transit. (*c* II. *Renuntiatione* unius (*d* etiam tacita, (*e* etsi convenit, ne recedatur. (*f* At, si I. dolo, (*g* 2. ante tempus conventum, sine justò causa, (*h* 3. inscio socio renunciat, (*i* ita captatum, vel, dum socius nescit, quæsitum communicat, nullum lucrum à socio percipit, & solus damnum patitur. III. *Negotio* finito. (*k* IV. Socio *bonis exuto* per publicationem, (*l* cessionem, (*m* vel distractionem: (*n* nisi utroque hoc casu denuo consentiant. (*o*

### Tit. XXVII. De Mand.

1. V. *Mandatum*, quo quis negotium honestum alterius, ab hoc sibi commissum, gratis suscipit.

2. *Negotium* mandantis est, quod ipsius seu commodo seu periculo est, (*a* quale est omne mandatum, cujuscunque gratiâ fiat, seu mandantis, (*b* seu utriusque partis, (*c* seu tertii, seu

(*t* §. 5. *b.* (*u* l. 59. *pr. b.* (*x* l. 65. §. 9. *b.* (*a* d. l. 65. §. 10. (*b* l. 40. *b.* (*c* l. 35. l. 65. §. 9. *b.* (*d* §. 4. *b.* (*e* l. 64. *b.* (*f* l. 14. *b.* (*g* §. 4. *b.* (*h* l. 14. 15. 16. 17. §. ult. l. 65. §. 6. *b.* (*i* l. 17. §. 1. *b.* (*k* §. 6. *b.* (*l* §. 7. *b.* (*m* §. 8. *b.* (*n* l. 65. §. 1. *b.* (*o* d. §. 8. Tit. 27. (*a* l. 19. *pr. Her. pet.* (*b* §. 1. *b.* (*c* §. 2. *b.*



seu horum omnium causâ: (*d* Exc. 1. si tantum commendandi, (*e* vel 2. solius mandatarii gratiâ fit, quod *consilium* est. (*f* Utroque casu nulla obligatio est, nisi 1. ex dolo. 2. si non fuisset acturus nisi fidem mandantis secutus. (*g*

3. Mandatum est vel *generale simpliciter*, ad omnia negotia, (*h* vel respectu *certi generis* negotiorum, ut ad lites, (*i* vel *speciale*, ad certos actus: (*k* quod requiritur in causis status, (*l* famæ, (*m* restitutionis in int. &c. (*n* non trans-  
actione. (*o*

4. Turpe mandatum non valet, (*p* sed qui id exequitur, eadem poenâ, quâ mandans, tenetur, (*q* nec actio ei datur. (*r*

5. Actio datur *directa* mandanti, ad id quod suâ interest, (*s* & culpam *levissimam*; (*t* si actus simplex mandetur, ad *latam*: (*u*

6. *Contraria* mandatario, ad id, quod sibi ex eo, quod intra fines mandati, (*x* bona fide gesit, abest; (*a* etiam cum fines excescit, si excessum remittere velit; (*b* aliàs nec negotiorum datur. (*c* Non excedit, qui in melius gerit. (*d*

7. Fi-  
(*d* §. 3. 4. 5. *h*. l. 8. §. 3. 4. *h*. (*e* l. 12. §. 12. *h*. (*f* §. 6. *h*. (*g* d. §. 6. l. 32. pr. *h*. (*h* l. 17. §. f. *Jurej.* (*i* l. 60. *Procur.* (*k* d. l. 17. in f. (*l* l. 40. pr. *Procur.* (*m* l. 39. §. f. *ead.* (*n* l. 25. §. f. *minor.* l. 25. §. 5. *Acq. her.* (*o* l. 17. §. f. l. 2. *Jurej.* (*p* §. 7. *h*. (*q* l. 1. §. 13 *Vi arm.* (*r* d. §. 7. (*s* l. 8. §. 6. *h*. (*t* l. 13. *C. h.* (*u* d. l. 8. §. ult. l. 29. pr. *h*. (*x* §. 8. *h*. (*a* l. 56. §. ult. *h*. (*b* d. §. 8. (*c* l. 40. *h*. (*d* d. §. 8. in fin.



7. *Finitur* I. *Revocatione* mandantis, (e & *renunciatione* mandatarii. (f) *Utrumq;* re integra; (g) nisi iusta causa impediverit; (h) *Morte alterutrius*; et si mandatū sit, *post mortem* fieri, (i) nisi res geri coepta, (k) vel mors gerenti ignota sit. (l) *Mutatur in locationem*, si merces statuta; (m) non, si honorarium. (n)

**Tit. XXVIII. De Oblig. quæ q. ex cont.**

1. *Quasi contractus* est factum licitum, (non consensus præsumtus vel tacitus a) quo quis obligatur ei ad quem res vel negotium pertinet. (b) *Qualia sunt sequentia:*

2. I. *Negotiorum gestio*, quæ quis sine mandato negotium alterius non prohibentis, (c) sed absentis vel ignorantis, non donandi animo, (d) gerendum suscipit: (e) quo facto tenetur quoque ad non susceptum, si connexum est, vel alius ideò abstinuit. (f)

3. *Actio datur directa domino* ad rationes reddendas, (g) & culpam *levissimam*, (h) si negotia aliàs peritura fuissent, ad *latam*. (i) *Contraria* gestori ad impensas & damna; modò bona fide [aliàs tantum quatenus dominus est

(e) §. 9. b. (f) §. 11. b. (g) d. §. 9. l. 22. d. f. b. (h) d. §. 11. (i) §. 10. b. l. fin. Solut. (k) d. §. 10. l. 6. Jurisd. (l) d. §. 10. (m) §. fin. b. (n) l. 6. pr. b. Tit. 28. (a) d. l. 46. O. & A. l. 2 l. 6. § 3. Neg. gest. l. 60. R. J. (b) pr. b. (c) l. ult. C. neg. gest. (d) l. 11. l. 15. C. eod. (e) §. 1. b. (f) l. 6. §. fin. eod. (g) l. 2. eod. (h) §. 1. b. (i) l. 3. §. 9. eod.



locupletior *k*] & semel utiliter gessit, (*l* aut dominus ratum habuit. (*m*

4. II. *Tutela*, quâ negotium pupilli suscipitur; de qua *lib. 1.* (*n* Tutor præstat culpam, *levem*; (*o* si nomine pupilli contrahat *latam*; (*p* si satisfactionem offerat *levissimam*. (*q*

5. III. *Familia ercisc.* & IV. *Communi dividundo*; cum cohæres vel condominus vel percipit fructus ex re communi vel in eam impensas facit, & ex hac in specie causa agitur. [*r*] Not. I. Duplex causa concurrit: I. *Commune jus hereditarium vel dominium*, ex quo, etsi nullum factum præcesserit, quisque suam partem petere, & sic ad divisionem rei agere ideo potest, quia suæ partis dominus est. (*s* 2. *Factum perceptionis fructuum & impensarum*, quod est quasi contractus, (*t* unde actio datur utrinque directa; (*u* & præstant idem quod socii. (*x*) II. Differt utraque actio: I. *Illæ* semel datur, *hæc* sæpius. (*a* 2. *Illæ* non datur ei, qui & negatur esse heres, & non possidet. (*b*

6. V. *Aditio hereditatis*, quæ heres ad eundo hereditatem defuncti, obligatur ad præstanda legata & fideicommissa, (*c* non æs alienum, defun-

(*k* d. l. 6. § 3. (*l* d. l. 2. (*m* l. 9. eod. (*n* §. 2. *b*. (*o* l. 7. C. arb. tut. p l. 7. §. 2. Adm. tut. l. 1. pr. Tut. & rat. (*q* l. 53. §. 2. furt. (*r* §. 3. §. 4. *b*. (*s* l. 4. pr. Comm. div (*t* d. §. 3. & 4. (*u* l. 10. fin. reg. (*x* l. 23. R. 7. (*a* l. 20. §. 4. fam. erc. (*b* l. 1. §. 1. eod. (*c* §. 5. *b*.



defuncti, cuius nomine eadem, quæ cum defuncto, actio est. (d

7. Hinc datur actio ex testamento iis, quibus relicta illa sunt, adversus heredem, eosve à quibus relicta: (e Non contraria, sed de dolo, (f vel in factum aut condictio. (g Heres præstat culpam levissimam, (h reliquilevem: (i utrique, si totum restituerint, latam. (k

8. VI. Solutio indebiti, quæ bona fide (l indebitum per errorem facti (m solvitur. (m Debitum hîc est I. Naturale. (n 2. Civile, quod perpetua exceptione elisum non est. (o Exc. Pecunia mutua à filiof. debita. (p 3. In diem debitum, (q non sub conditione. (r 4. Quod à debitoris debitore; (s vel 5. ad piam causam; (t vel 6. ex ea causa, quæ inficiando in duplum crescit, solvitur. (u Indebitum solventi datur conditio indebiti contra eum, cui solutum videtur (x

9. Tit. XXIX. expositus est sup. tit. 28. § 30. lib. 3. Jung. t. 9. lib. 2.

*Tit. XXX. Quib. mod. toll. obl.*

I. Tollitur obligatio vel per exceptionem,

(d l. 49. O. § A. (e § 6. h. (f l. 23. Dol. mal. (g l. 40. §. 1. Cond. ind. (h l. 47. §. p. Leg. I. (i l. 108. §. 12. eod. (k l. 22. §. 3. Ad Treb. d. §. 12. (l l. 18. Cond. furt. (m l. 10. C. Fur. ign. (n §. 7. h. (o l. 26. §. 12. Cond. ind. (p l. 40. pr. eod. (q l. 10. eod. (r l. 16. eod. (s l. 44. eod. (t l. 32. §. 2. eod. (u §. fin. h. (x l. 6. l. 49. eod.



de qua tit. de Except. vel ipso jure; cujusmodi est.

2. I. *Solutio*, quâ debitum ita ad creditorem pervenit, ut ab eo repeti non possit. (a

3. *Solvere* potest, qui & alienare; (b etiam pro alio: (c à quo id repetit: nisi 1. ante diem, vel indebitè: (d aut 2. pro invito solverit, (e nec antè cessa sit ipsi actio. (f

4. *Solvi* verò creditore invito nec alii potest; (g nec aliud pro alio, (h nisi æstimatio si res non extet, (i & id quod interest in factis (k & ob dolum; [l]) Nec pars, (m nisi pars in lite, (n aut plura debita sint. (o

5. II. *Acceptilatio*, est imaginaria solutio, (p quâ creditor rogante debitore id, quod sibi verbis debetur, acceptum se ab eo habere, inter præsentem verbis spondet. (q

6. Hæc vel *simplex* est, quâ verborum obligatio tollitur; vel *Aquilianæ*, quâ reliquæ in stipulationem deductæ. (r

7. Fieri quoque pro parte potest: (s & à solo creditore. (t

8. III.

(a l. 61. solut. (b tit. Quib. al. lic. (c princ. h. (d l. 31. Fidej. (e l. f. C. neg. gest. (f l. 39. Fidej. (g l. 34 §. 3. Solut. (h l. 2. §. 1. Reb. cred. (i l. 3. Cond. Trit. (k l. 13. §. f. Re jud. (l l. 8. in lit. jur. (m l. 41. §. 1. Usur. (n l. 21. Reb. cred. (o l. fin. Quib. mod. pign. (p §. 1. h. (q §. 1. h. (r §. 2. b. (s §. 1. in f. h. (t l. 13. §. 10. h.



8. III. *Novatio* est prioris debiti in aliam obligationem, saltem naturalem, transfusio. (u

9. Est vel *necessaria*, quæ fit per litis contestationem & rem judicatam; (x vel *voluntaria*, quæ fit consensu per stipulationem, animo novandi; de quo si constet, verbis opus non est. *Hæc* est vel *novatio simplex*, quæ idem debitor id quod debet, (et si ex stipulatu debeat, modò quid novi accedat, a) verbis eidem promittit: (b) Vel *delegatio*, quæ mutatâ persona debitoris vel creditoris vel utriusque, idem verbis promittitur. (c

10. Requiritur 1. consensus inter delegantem & cui delegatur. 2. Mandatum inter delegantem, & qui delegatur. 3. Stipulatio inter delegatum & cui delegatur. (d

11. Differt ab ea cessio, quæ 1. fit inter solum creditorem & tertium; 2. etiam invito debitore, (e quâque 3. nec persona mutatur; nec 4. obligatio tollitur. (f

12. Not. I Obligatio merè civilis, & servi novari potest, (g non novare aliam; (h pupilli potest, et si ipse non obligetur. (i Novatio in diem facta, statim valet; (k sub conditione, non nisi ea existente. (l

13. III.

(u l. 1. §. 1. eod. (x l. 11. §. 1. eod. (a §. 3. b. (b d. §. 3. (c d. §. 3. (d l. 33. Nov. l. 1. C. eod. (e l. 3. C. her. vend. (f d. l. 1. §. 3. C. eod. (g l. 1. §. 1. l. 2. Nov. (h §. 3. b. (i d. §. 3. (k d. §. 3. (l l. 5. Nov. d. §. 3.



13. III. *Dissensus* utriusque, si solo consensu contractus constet, [m vel, si re, ea retro tradita sit. [n

14. IV. *Confusio* quâ in personam debitoris creditum quoque vel accessio concurrit. [o V. *Depositio solennis*, quâ reus totum debitum cum usuris, creditore accipere nolente, obsignatum in iudicio deponit. [p VI. *Compensatio*, de qua ad §. Act. VII. Si species debita sine facto & ante moram debitoris intereat, [q aut in commercio esse desinat. [r

15. His modis debitor liberatur & accessiones. [s

## Lib. IV.

### Tit. I. De Obl. quæ ex del. nasc.

1. *Tertia* obligationis causa est delictum, quod est factum illicitum, regulariter ex proposito commissum. Ejus pubertati proximus & prodigus quoque capax est; [a non furiosus. [b

2. Est vel *privatum*, seu *civile*, ex quo actor quod sibi debetur, persequitur; [c vel *publicum*, ex quo cuique e populo poenam lege publica constitutam persequendi jus est: [d vel  
extra-

[m §. fin. h [n l. 58. in fin. Pact. [o l. 95. §. 2. §. 3. Solut. [p l. 9. C eod. [q l. 33. l. 91 §. 3. V. O. [r l. 92. pr. Solut. [s l. 43. eod. Tit. I [a §. 18. h. l. 13. §. 1. Dol [c l. 14. off. .Præs. [c §. 10. Injur. [d l. 6. l. 7. §. 1. eod.



*extrordinarium*, ex quo is, ad quem res pertinet, ad poenam extra ordinem arbitrio iudicis infligendam agit. [e

3. Privata delicta sunt 1. furtum. 2. rapina. 3. damnum. 4. injuria. [f Ex eodem delicto non potest agi criminaliter, & simul civiliter ad poenam, [g sed ad rem & poenam potest. [h

4. *Furtum* est contrectatio fraudulosa lucri faciendi causa, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus possessionisve. [i Est vel *manifestum* vel *nec manifestum*; [k illud est, cum quo fur, antequam pertulit quò eo die destinaverat, deprehensus, vel deprehendendi ejus causâ accursus aut acclamatus est [l

5. Is apud quem furtum esse dicitur, eo invento, *ignorans* contra mala fide offerentem agebat *oblatus*; *sciens* tenebatur *conceptus*; *prohibens*, *querere*, *prohibiti*; *non exhibens* *quisitum*, *non exhibiti*. [m Hodie, qui recepit & celavit, ut fur tenetur; [n qui querere prohibuit, utili ex l. 1 §. 2. *serv. fug.*

6. Requiritur 1. Ut domino invito fiat: [o & 2. fur credat invitum. [p Exc. si quis servo persuasit, ut res ad se perferret, idque dominus, ut eum in furto deprehenderet, permisit, actio & furti & servi corrupti datur. [q

7. Fur-

[e l. 3. §. 1. *Stellion.* [f *princ. b.* [g l. 56. §. 1. *Furt.* [h l. un. C. *Quand. civ. act.* [i §. 1. §. 2. *b.* [k l. 5. *furt.* l. 7. §. 1. & *seq. eod.* §. 3. *b.* [m §. 4. *b.* [n d. §. 4. *in f.* [o §. 8. *b.* [p §. 7. *b.* [q d. §. 8.



7. Furtum est rei mobilis; *r* etiam filiif. *s* & rei furis propriæ, v. g. quæ alii oppignorata est. *t* Furtum *usus* fit, cum quis utitur re, cuius usum vel talem usum non habet: *u* *Posseffionis*, cum creditori *x* vel b. f. possessori *z* res auferatur.

8. Ex furto nascitur I. *Actio furti* ei, cuius interest: *a* uti i. creditori pignoris *b* & b. f. possessori semper. *c* 2. *lis*, qui culpam in re præstant, (uti fullo &c. non depositarius, nisi cum & ipse culpam præstat. *d*) si culpa eorum amissa est, ipsique solvendo sunt. *e* Exc. Commodatum, in quo domini electio est, furem an commodatarium convenire velit: hic fure electo liberatur; ipse electus regressum adversus furem habet; nec domino licet, uno electo, variare, nisi surreptum nesciat, & nec dum ei satisfactum sit. *f*

9. Tenetur eâ i. fur *nec manifestus* in duplum veri precii, *g* quod mera poena; *h* hodiè loco rei est, modò fur solvendo fit. *i* *Manifestus* in quadruplum: *k* aliter Ord. Crim. *l* sed usu defuit hæc distinctio. 2. Qui recepit & celavit: *m* 3. Cujus ope consilio factum: *n* *F* is est,

(r) l. 38. *Usuc.* (s) §. 9. *h.* (t) §. 10. *h.* (u) §. 6. §. 7. *h.* (x) §. 10. §. 14. *h.* (z) §. 15. *h.* (a) §. 13. *h.* (b) §. 14. *h.* l. 12. §. *fin* *Furt.* (c) §. 15. *h.* d. l. 12. §. 1. (d) l. 14. §. 3. 4. *Furt.* §. 17. *h.* §. *f.* *Vibon.* (e) §. 15. *h.* (f) §. 16. *h.* (g) l. 50. *pr. Furt.* (h) §. *fin.* *h.* (i) Ord. Crim. art. 156. (k) §. 5. *h.* (l) art. 157. (m) *th.* 5. (n) §. 11. *h.*



is est, qui consilio instruxit (non qui in genere hortatus est) vel operâ juvit. Not. I. Si quis patri vel domino suo furtum fecit, non tenetur furti, sed res furtiva est, & tenetur, cujus ope consilio factum. *p*

IO. II. *Condictio furtiva*, quâ dominus quæ ab eo, cujus factio vel ope ablata est, repetit. *s* Eâ heredes tenentur in solidum. *t*

II. III. *Criminale judicium*. *u* Hodie I. *capite* punitur furtum I. triplex *a* 2. quod effra-ctis conscensive ædibus, & 3. vi armata factum: *b* quæ vera sunt in furtis magnis. *c* II. *Fustigatione* (similive poenâ) eadem furta non magna. *d* III. *Numellis & relegatione* parvum duplex. *e* IV. *Carcere*, parvum simplex. *f* V. *Arbitrariâ* magnum duplex *g* & simplex. *h* N. I. Magnum furtum est 5. solidorum, *i* vel amplius. 2. Rupto laqueo furem arbitrariâ puniri æquius est. *k*

12. IV. *Rei vindicatio* domino jure proprio competit. *l*

### *Tit. II. De vi bon. rapt.*

I. *Rapina* est furtum, quo res mobilis vi rapi-

tur: (o) l. 50. §. p. l. 52. §. 19. furt. (p) §. 12. b. d. l. 52. pr. l. 36. §. 1. eod. (q) l. 1. Cond. furt. (r) l. 53. §. fin. V. S. (s) §. fin. b. (t) l. 7. Cond. furt. (u) l. fin. Furt. (a) Ord. Crim. art. 162. (b) art. 159. (c) art. 160. in f. junct. art. 161. (d) arg. art. 159. 160. in f. (e) art. 161. (f) art. 156. (g) art. 161. in fin. (h) art. 160. (i) d. art. 160. (k) art. 192. (l) §. fin. b.



tur: fit etiam in re minima, estq; improbum, & aliquando nec manifestum. *b*

2. Dantur I. *actiones* eadem, quæ ex furto. *e*  
II. *Vi bonorum raptorum*, ex iis causis, quibus actio furti, *d* intra annum in quadruplum, cui simplum inest, post annum in simplum. *e* Not. I. Utrâq; agi potest, si in altera plus est. *f* 2. Actio furti, non pœna, gravior est quàm rapinæ. *g*

3. Cessat hæc actio, si quis rem suam, vel suam putans rapiat; *b*. (et si sciens id non licere; qui tamen tenebitur injuriarum *i*) sed suæ dominium aut creditum perdit, alienæ æstimationem solvet. *k*

4. III. Ex l. Julia de Vi. *l* Not. *In bonis propriè* dicitur, quod in dominio: *ex bonis*, cujus jus aliquod vel periculum nostrum est: *in* alias promiscuè. *m*.

### Tit. III. De L. Aquil.

I. III. *Damnum injuriæ* est damnum in re aliena, non animo lucrandi, quavis culpâ, datum. *a*

2. Vindicatur id L. Aquilia, cujus caput *primum* agit de servo vel pecude occisis: *b* *tertium*, de iisdem vulneratis, omniq; cætero damno. *c*

F 2

Pecus

Tit. 2. (a) *pr. b.* (b) *l. 52. §. f. Furt.* (c) *d. pr.* (d) *l. 2. §. 23. b. §. f. b.* (e) *d. pr.* (f) *l. 1. b. l. 88. Furt.* (g) *pr. b.* (h) *§. 1. b.* (i) *d. l. 2. §. 22.* (k) *d. §. 1. (l) §. 8. Publ. jud.* (m) *l. 2. §. 22. b. §. f. b.* (n) *l. 1. l. 1. leg. l. 49. V. S. Tit. 3. (a) l. 5. §. 1. b.* (b) *pr. b.* (c) *§. 13. b.*



*Pecus* est, quod gregatim sub pastore haberi solet: etiam *fues*. *d*

4. *Culpa* est, quod provideri potuit, & debuit. *e* Cessat I. in eo, quem I. occisus invasit, 2. lethalibus armis, et si imparibus, 3. si aliter effugere non potuit; *f* (nec his positis primum ictum expectare oportet *g*) si potuit tuto fugere, vel alias excessit, extra ordinem punitur.

5. II. Si incendii arcendi causâ quis ædes diruit; *i* nec communi vicinorum sumtu id reparabitur; si tamen vi aut clam egit, in simplum tenetur, cum ignis eò nondum pervenit. *k* III. Si miles jaculatur in loco solito; vel putator ramum dejicit, quâ vulgò iri non solet. *l* At culpa est, si Medicus sectum deseruit, vel imperitè secuit; *m* omnisque imperitia, infirmitas ejus, qui operam suscipit; *n* nimia sævitia, *o* lusus noxius &c. *p*

6. Actio est I. *Directa*, cum quis damnum corpore (i. manu seu instrumento corporeo) dat. *q* 2. *Utilis*, cum non corpore, sed in corpus; ut cum id læsum est. *r* *Utraque* datur ob culpam levissimam; *s* ex primo capite, quanti in anno; *t* ex tertio, quanti in mense res plurimi retro à die

(d) §. 1. *b.* (e) l. 8. §. 1. *b.* (f) §. 2. *b.* (g) *Ord. Crim.* art. 140. (i) l. 49. §. 1. *b.* l. 3. §. 7. *Incend.* (k) l. 7. §. 4. *Quod vi.* (l) §. 4. §. 5. *b.* (m) §. 6. §. 7. *b.* (n) l. 8. §. 1. *b.* (o) l. 6. *b.* (p) l. 10. *b.* (q) §. *fin.* *b.* (r) d. §. *fin.* (s) l. 44. *b.* (t) §. 9. *b.*



à die damni *a* fuit : & in inficiantem in duplum ; *b* in heredes, quatenus pervenit. *c* Hodie ad id quod interest : & computatur damnum quoque occasione ejus datum. *d* Concurrit iudicium criminale, si dolo actum. *e*

7. Si nec corpus laesum est, cessat hæc lex, & tantum *de dolo* vel *in factum* agi potest, ad damnum dolo datum reparandum, ut cum quis servum vinctum solvit, ut salvus effugiat. *f*

### Tit. IV. De Injur.

1. IV. *Injuria* est 1. *Generalis*, quicquid non jure fit, nisi in aliam speciem delicti cadat. 2. *Specialis*, quæ in alterius *contumeliam* fit. *a*

2. Fit 1. *re*, quæ manu vel vi corporis inferitur ; *b* 2. *verbis*, vel *proprie*, si ore scriptove ; *c* vel *improprie*, si gestu aliisve signis expressa fit. Si integrum scriptum ad infamiam alicujus editum est, *famosus libellus* dicitur, *d* et si nomen additum fit. *e*

3. *Facere* injuriam possunt, qui dolo delinquere : *f* *Pati* omnes, *g* invitati ; *h* (atrocem servus quoque jure Prætoribus *i*) *immediate*, vel *mediate*, ut si 1. uxori, sponsæ, liberis in potestate, vel ho-

F 3

rum

(a) §. 14. 15. *b*. (b) l. 23. §. 10. *b*. (c) §. 9. *b*. (d) §. 10. *b*. (e) §. 11. *b*. d. l. 23. §. 9. (f) §. ult. *in f. h*. Tit. 4. (a) *pr. b*. (b) l. 1. §. 1. *b*. (c) §. 1. *b*. d. l. 1. §. 1. (d) l. 5. §. 9. *b* (e) O. P. 1577. t. 35. §. 3. (f) l. 3. §. 1. *b*. (g) d. l. 3. §. 2. (h) l. 1. §. 5. *b*. (i) l. 35. §. 43. ff. l. 8. C. *b*.



infructuoribus, sciens tales esse, & inferat, non  
contrâ. / Vel 2. cognato, collegæ, servo &c.  
illata, in familiæ, collegii, *m* aut domini, *n*  
vel fructuarii, *o* aut ejus cui bona fide servit, *p*  
injuriâ redundet: quisque dominorum ex  
sua persona agit. *q*

4. Actio datur I. *Prætoria* ex omni injuriâ.  
& II. *Legis Corn.* ex reali. s. Ultrâque agitur vel  
*criminaliter* ad arbitrariam pœnam fisco, vel  
*civiliter*, ad injuriæ æstimationem actori præ-  
stendam; *t* non utrâque simul. *u* Not. 1. *Æsti-*  
*mat* actor juratò, prævia judicis, ubi visum est,  
*moderatione*, *x* pro modo injuriæ. *a* 2. Atrox  
injuria censetur ex facto, loco, persona, tem-  
pore, modo &c. *b* doloris quoque ac cicatri-  
cum ratio hîc haberi potest. *c*

5. III. Ad *pælinodiam*, quâ agitur ad re-  
vocandam injuriâ verbalem: estque quasi rei  
persecutoria & cum reliquis concurrit. *d*

IV. Ex *famoso libello* ad pœnam criminis  
eo delati; *e* aliâs arbitrariam: olim capitis. *f*  
Criminaliter per procuratorem agere quis, ni-  
si illustris, non potest, *g* hodie potest.

6. Tene-

(*k*) l. 18. §. 4. *b.* (*l*) §. 2. *b.* (*m*) l. 1. & seqq. *Lib.*  
*caus.* (*n*) §. 3. *b.* (*o*) §. 5. *b.* (*p*) §. 6. *b.* (*q*) §. 4. *b.*  
(*r*) §. 7. *b.* (*s*) §. 8. *b.* (*t*) §. 10. *b.* l. 37. §. 1. *b.* (*u*)  
l. 6. l. 7. §. 1. *b.* (*x*) l. 4. §. 2. *In lit. jur.* (*a*) §. 7. *b.*  
(*b*) §. 9. *b.* (*c*) arg. l. 8. *b.* (*d*) arg. l. 7. §. 1. *Cond.*  
*Furt.* (*e*) *O. Cr. art. 110.* (*f*) l. 1. *in. C. fam. lib.* (*g*)  
§. 10. *b.*



6. Tenetur, qui animum injuriandi habuit, & (is ex facto per se injurioso ostenditur) & cuius dolo factum, ut injuria fieret; etiam magistratus, & ecclesiastæ, qui in officio excedunt. Non si conscio fiat; nec qui incontinenti, intra fines illatæ injuriæ, eam retorquet; l vel in judicio excipit, testes esse falsarios, &c. m At non semper excusat convitii veritas. n

7. Tollitur 1. Remissione, etiam tacita; o non tamen usu S. Cœnæ &c. 2. Prætorie anno continuo: criminalis 20. q reliquæ 30. annis. r 3. Morte alterutrius, s nisi jam cœpta fuerit. t 4. Retorsione vera, non ea; u mentiris &c.

*Tit. V. De Obl. quæ ex del.*

1. *Quasi delictum* est factum illicitum, quod non fit ex proposito: ut I. Cum Judex male judicando *litem suam facit*, id est, ex iudice reus fit per *imprudentiam*. Hic tenetur læso quasi ex delicto (Medicus ex vero, & L. Aquil. a) quatenus iudici æquum videtur; b si per *dolum*, ex vero delicto ad plenam litis æstimationem; & alias pœnas. d

2 II. Cum è domo vel cœnaculo *effusum* vel

F 4

deje-

(h) §. 11. h. (i) l. 32. h. (k) l. 26. Reibind. (l) arg. l. 17. Vi arm. l. 3. f. & f. (m) l. 33. h. (n) l. 5. C. h. (o) §. ult. h. (p) l. 5. C. h. (q) l. 1. §. 3. Jur. fisc. (r) l. 3. C. præscr. 30. ann. (s) l. 13. pr. h. (t) l. 28. h. l. 33. O. & A. (u) arg. l. 36. Dol. Tit. 5. (a) §. 7. L. Aqu. (b) pr. h. (c) l. 15. Jud. (d) l. ult. C. pœn. jud.



*dejectum*, quæ vulgò iter sit, eoque nocitum est. *e*  
 Ex quo actio datur in eum, qui partem eam  
 inhabitat, ad duplum damni; si libero homi-  
 ni nocitum, ad impendia operasque neglectas, *f*  
 (non ad cicatricum & scilicet æstimationem *g*) quæ ut-  
 traque Prætoria & perpetua est. *h* Si liber  
 homo occisus, popularis actio est ad 50. au-  
 reos actori applicandos: *i* Si plures sint, quis-  
 que in solidum tenetur, *k* sed qui solvit repe-  
 tit à reliquis, *l* & omnes ab eo qui dejecit. *m*

3. III. Cum ibidem aliquid *suspensum* & po-  
*situm*, cujus casus nocere possit. *n* Ex quo ac-  
 tio popularis datur in eum qui posuit, vel  
 positum patitur, ad 10. aureos. *o* Patitur, cu-  
 jus est custodia loci. *p* Si decidat, utilis contra  
 ponentem datur. *q* Ex facto filii, seorsim ha-  
 bitantis pater non tenetur; *r* nisi post sen-  
 tentiam de peculio. *s*

4. IV. De *damnis* in *navi*, *caupona*, *stabulo*,  
*datis*. Unde datur 1. actio ex *vero delicto*, si ex-  
 ercitor ipse damnum dedit. *t* 2. *Quasi ex de-*  
*licto* contra eundem, si ab iis, quorum operâ  
 ibi utitur, dolo datum, in duplum; *u* nisi pro-  
 priis servis utatur. *x* 3. *Quasi ex contractu*, con-  
 tra-

(e) §. 1. *b.* (f) *l. 1. pr. His qvi dej.* (g) *l. f. eod.* (h)  
*l. 5. §. 5. eod.* (i) *d. l. 5. §. 5.* (k) *d. l. 1. §. fin. Et seqq.*  
 (l) *l. 3. l. 4. eod.* (m) *d. l. 5. §. 4.* (n) *d. l. 5. §. 6.* (o)  
*d. l. 5. §. 6. §. 10.* (p) *d. l. 5. §. pen.* (q) *d. §. pen.*  
*l. 1. §. 3. eod.* (r) *§. 2. b.* (s) *l. 1. §. 11. Pecul.* (t) *§.*  
*ult. b.* (u) *l. ult. §. 1. §. Naut. caup.* (x) *d. l. ult. §. 4.*



tra eundem, si à quocunque datum, ad culpam levisimam in solidum. y Hæc sola in heredes datur. z Pœnæ hodie sunt arbitrariæ.

*Tit. VI. De Action.*

1. Ultimum Juris objectum est *Actio*, quæ est jus persequendi in *judicio*, quod sibi debetur. a Ea continet omnes actiones civiles, etiam reales, b & populares c ac interdicta. d Varia actionum genera sunt juris positivi.

2. Judicium exercetur in foro rei, e quod est 1. *Domicilii*, ubi ex omni causa; f 2. *Rei sitæ*, ubi in rem; g 3. *Contractus*, ubi ex contractu vel quasi, h si reus bona saltem ibi habeat. i 4. *Delicti*, ubi ex delicto, agi potest: cui comparatur locus, ubi reus reperitur. k

3. *Arbitri* sunt i. lege statuti ad certas causas l 2. A partibus electi, vel ad decidendum, qui instar judicum sunt, *Schiedsrichter* / m & tenentur sententiam dicere: n vel ad transigendum, arbitratores dicti. *Schiedsleute*.

4. Actionum divisio prima est, quod vel in  
F § rem

(y) l. 1. l. 3 cod. (z) §. ult. h. Tit. 6. (a) pr. h. (b) l. 178. §. 2. § 3. V. S. (c) l. 12. pr. eod. rubr. Pop. art. (d) l. 37. pr. O. § 4. (e) l. fin. C ubi in rem (f) l. 2. C. Jurisd. (g) d. l. fin. (h) l. 45. pr. Jud. (i) c. 1. §. contrah. For. comp. in 6. (k) l. 1. C. ubi crim. (l) l. 16. C. Judic. l. 9. Qui sat. (m) l. 1. Rec. arb. (n) l. 3. §. 1. eod. (a) l. 13. §. 2. eod. (b) l. pr. eod. rubr. de Pop. act.



*rem* sint, vel in *personam*: In *rem* sunt, quibus quis agit ex jure in re contra possidentem ut restituat. *d* Possidere dicitur & qui dolo desit possidere, *e* aut liti se obtulit. *f* Jus in re quadruplex est. *sup. de R. D.*

5. Hæ sunt vel *civiles* vel *Prætoria*: *g* *Civiles* sunt I. *Rei vindicatio*, quæ qui non possidet, *h* intendit se dominum speciei esse, *i* eamque sibi restitui cum sua causa *k* à quovis detentore *l* petit. De fructibus *sup. §. 35. de R. D.* Utile dominium habenti utilis in rem datur *m* In utraque requiritur, I. ut actor dominium probet; *m* quod ante sententiam accessisse sufficit, modò non ex alia causa: *n* 2. ut reus possideat; *o* si saltem tempore judicati possidet, damnatur. *p* Qui alieno nomine possidet, laudando autorem liberatur. *q*

6. II. Ex servitute datur I. *Confessoria*, quæ quis intendit alterius rem sibi servire, *r* contra eum qui negat & impedit. *s* 2. *Negatoria*, quæ negat rem suam alii servire, contra eum qui asserit & turbat. *t* Hæc possidenti quoque datur, *u* qualis actio in corporalibus non est, nisi uno

(d) l. 25 pr. Obl. & act. (e) l. 131. Reg. Jur. (f) l. 25. & seq. Rei Vind. (g) §. 3. h. (h) §. 2. in f. h. (i) §. 1. h. (k) l. 20. Rei Vind. (l) l. 9. eod. (m) l. 1. in f. Si ag. Vect. l. 1. §. 6. Superf (m) d. l. 9. pr. (n) arg. l. 14 §. 2. Exc. rei jud. (o) d. l. 9. pr. (p) l. 27. §. 1. Rei vind. (q) l. 2. C. ubi in rem act. (r) §. 2. b. (s) l. 10. §. 1. si serv. (t) d. §. 2. (u) l. 6. §. 1. Si serv.



unio casu. x Similia jura sunt patronatûs, decimarum ex alieno prædio &c. pro quibus utiles dantur.

7. *Prætorie* sunt I. *Publiciana*, quæ is, qui rem bona fide & justo titulo accepit, ejus autem possessionem nondum impleta usucapione amisit, eam perinde repetit ac si jam usucapisset. y Datur ergo ei qui in conditione usucapiendi est, z sed non contra dominum ipsum, vel eum qui pari jure ab alio non domino possidet. z Quin & domino ceu b. f. possessori datur, ut evitet probationem dominii; & utraqve cumulari potest. a

8. II. *Rescissoria*; b quæ ex justa causa *absens*, vel alias impeditus, rem à præfente; c vel *præfens* à qualicunque absente, aut quem alias convenire non potuit, usucaptam, d rescissa usucapione perinde petit, ac si usucapta non esset: e (Præfens habet quoq; remedium l. z. C. de annat. except. quo apud judicem, vel ad ædes, vel testato præscriptionem interpellare potest.) Hinc judicium I. *Rescindens*, quo præscriptio à Præatore rescinditur. 2. *Rescissorium*, quod est actio restituta. Cessat I. hodie lapsu quadriennii continui à sublato impedimento. f

F 6

2. Cum

(x) d. §. 2. (y) §. 3. §. 4. b. l. 7. §. 16. *Public. in rem*  
 (z) d. l. 7. §. fin. (z) l. 9. §. 4. eod. (a) l. 1. §. 4. *Quod leg.* (b) l. 28. C. rei vind. (c) l. 1. §. 1. *Ex quib. caus. maj* (d) d. l. 1. §. 2. & 3. (e) §. 5. b. (f) l. ult. C. temp. in int. test.



2. Cùm absens procuratorem habuit, g vel, si reus, defensorem. h

9. III. *Pauliana*, quâ creditor in possessionem missus, in cuius fraudem debitor rem ante missionem alienavit, eam rescissa alienatione repetit, ac si alienata non esset. i Ea est semper realis. In fraudem alienatum dicitur, cùm & animus fraudandi & eventus concurrunt; modò reus quâ titulo oneroso accepit, conscius fraudis fuerit. l Post missionem simpliciter revocantur alienata jure pignoris. m Finitur anno utili à tempore distractionis. n

10. IV. *Serviana*, quâ creditor persequitur res coloni pro mercede fundi obligatas. r. *Quasi serviana*, quâ pignora reliqua. Pignus est *expressum*, o quod ab homine constituitur, vel *tacitum*, quod à lege; ut illata in prædium urbanum, p aut fructus rustici. q Pignus traditione constitutum in specie *pignus* dicitur; pacto, *hypotheca*. r Ultraquæ; *hypothecaria* dicitur, & contra posfessorem datur, cui tamen, si pignus generale sit, exceptio ordinis competit. s

II. N. I. Creditor non probat rem in dominio, sed

(g) l. 39. Ex quib. caus. (h) d. l. 1. §. 2. eod. (i) §. 6. h. (k) l. 15. Quæ in fr. cred. (l) l. 10. §. 2. Et seqq. l. 6. §. 11. eod. (m) l. ult. C. præt. pign. (n) d. l. 10. §. 18. (o) §. 7. h. (p) l. 4. In quib. caus. pign. tac. (q) l. 7. eod. (r) d. §. 7. (s) N. 4. c. 2.



sed in bonis debitoris, i. e. bona fide saltem possessam, fuisse. *r* N. 2. Actio I. & II. ex quodam dominio sunt, reliquæ ex pignore.

12. *Actiones in personam* sunt, quibus ex obligatione, *a* creditor tantum agit contra debitorem: *b* Causa itidem quadruplex est, *sup. de Oblig.* Vulgò *jus ad rem* dicitur. Sunt vel *civiles*, uti plurimæ ex prædictis causis, vel *Prætorie*. *c* Hæ sunt

13. I. *Rei persecutoria*, uti I. *De pecunia constituta*, quæ est pactum legitimum, quo quis id quod ipse vel alius *d* naturaliter saltem debet, *e* se soluturum animo constituentis *f* sine stipulatione promisit. *g* Ex eo actio datur generaliter (sublatâ receptitiâ *h*) ei, cui constitutum est contra constituentem. Hic tamen, si pro alio constituit, eadem beneficia habet, quæ fidejussor, *i* nec in majorem summam obligari potest. *k* Prior obligatio durat, *l* sed unâ solutione utraqve tollitur. *m* 2. *De peculio*. *n* de qua *tit. seq.*

14. 3. *Ex furejur.* quod hîc est affirmatio religiosa quasi Deo adhibito teste. Estque 1. *promissorium*, quo de aliquo præstando; 2. *as-*

F 7

serto-

(t) l. 18. *Pignor.* (a) *pr. h. l. 25. Obl. & act.* (b) *dd. l. 4.* (c) *§. 8. h.* (d) *l. 5. §. 3. Pec. const.* (e) *l. 1. §. 6. & 7. eod.* (f) *d. l. 1. §. 4.* (g) *§. 9. h.* (h) *§. 8. h. l. 2. C. const. pec.* (i) *Nov. 4. c. 1. l. ult. C. eod.* (k) *l. 11. eod.* (l) *l. 28. eod.* (m) *l. ult. §. fin. eod.* (n) *§. 10. h.*



*sertorium*, quo de rei veritate juratur. o Hoc proprie, si litis tollendæ causâ sit, *litis decisori- rium* dicitur: estque præcipue triplex: 1. *Vo- luntarium*, quod pars defert extra iudicium: 2. *Judiciale*, quod pars in iudicio, p ubi [α] Judex approbat; q [β] deferens de calumnia jurat, [γ] alter referre potest, nec tum de calumnia juratur, a [δ] qui præstare non vult pro convi- cto habetur. h Ex utroque c *actio in factum* datur ei, qui juravit (vel cui jurisj. gratia facta est d) contra deferentem e (vel delatum refe- rentem f) ad præstandum de quo juratum est. In ea non quæritur an debitum, sed an iura- tum sit, g at pejerans extra ordinem punitur. b 3. *Necessarium*, quod Judex in iudicio defert, estque vel *purgatorium*, quo indiciis gravatus se purgat, ut absolvatur: i vel *suppletorium*, quo qui semiplenè probavit, probationem supplet. k

15. II. *Pœnales prætorie* sunt I. *De albo cor- rupto*, quâ tenetur is, cujus dolo malo, quod perpetui juris causâ propositum in publica tabula fuit, corruptum est. Actio popularis est, in

(o) l. 13. §. f. *Jurej.* (p) l. 28. §. f. *ead.* (q) l. 12. *C. reb. cred.* (r) l. 34. §. 4. *Jurej.* (a) d. l. 3. §. 7. l. 17. *pr. eod.* (b) d. l. 34. §. f. (c) l. 9. §. 6. l. 11. §. 1. l. 28. §. f. *ead.* l. 8. *C. reb. cred.* (d) l. 6. l. 9. §. 1. *ead.* (e) l. 3. *pr. eod.* (f) d. l. 34. §. 7. (g) §. 1. b d. l. 9 §. 1. (h) l. 13. §. f. *ead.* (i) l. 31. *ead.* (k) l. 3. *C. reb. cred.*



in pœnam 50. aureorum, hodie arbitriariam. *l.*  
De aliis causis hæc actio non datur.

2. *De in jus vocando*, quâ tenetur, qui sine  
venia in jus vocavit, quem non debuit (uti pa-  
rentem patronum &c.) in pœnam 50. aureorū.  
*m* Hodie cesfat, & solus Judex in jus vocat.

3. *Ex edicto*, ne quis eum qui in jus &c. quo  
tenetur, qui in jus vocatum vi exemit, vel do-  
lo fecit, ut alius eximeret, in id quod actor pe-  
tit. *n* Hodie in id quod interest.

16. *Præjudiciales* in rem sunt, quibus de ipso  
statu hominis controversitur: ut cum quæri-  
tur, 1. servus an liber. 2. libertus an ingenuus  
(cujus nullus hodie est usus) 3. filius sit annon?  
*o* Utiles dantur, ubi quæritur, an civis, agna-  
tus, colonus, monachus, homo proprius quis  
sit. Hæc jura, etsi sint in persona, non tamen  
ex obligatione personæ, sed ex jure in re. *p*

17. N. 1. Actio in rem dicitur *petitio*; in per-  
sonam, *condictio*; quæ tamen in specie est, quâ  
agitur dari, id est, dominium transferri oport-  
tere; *q* modò propria actio non sit. *r* Exc.  
Furi, etsi dominus non sit, condici potest. *s* N. 2.  
Si in lege nova actio addita non est, datur con-  
dictio ex lege. *t* N. 3. *Actiones in rem scriptæ*  
sunt personales, quæ in possestorem dantur &  
con-

(1) *l.* 7. *Jurisd.* §. 12. *b.* (m) *l.* pen. *In jus voc.*  
*d.* §. 12. (n) *d.* §. 12. (o) §. 13. *b.* (p) *d.* §. 13. (q)  
§. 15. *b.* (r) *pr. V. O.* (s) §. 14. *b.* (t) *tt. Cond.*  
*ex leg.*



conceptæ sunt; ut *de metu u* (non de dolo) *pauperie, a ad exhibendum b* &c.

18. Quædam verè *mixtæ* sunt, in rem & personam: *c* ut (1) *Famil. ercisc.* (2) *Comm. Divid. de qvib. lib. 3. t. 28.* (3) *Finium regundorum, d* quæ datur inter eos, qui prædia rustica confinia habent, quorum fines confusi sunt. *e* Hæc, quatenus fundus ipse repetitur, ex dominio est, *f* quatenus fructus & damna, ex delicto vel quasi *g* In omnibus uterque actor & reus est; *h* actor tamen habetur, qui prior ad iudicium provocat, *i* quod in dubio sorte dirimitur. *k* 4. *Hereditatis petitio, l* quæ datur heredi contra eum, qui res hæreditarias possidet, pro *herede* vel *possessore. m* Ille est, qui heredem se dicit; *hic*, qui nullum titulum validum allegat. *n* De fructibus *sup. de R. D.*

19. *Altera* divisio est, quod sint 1. *Rei persecutoria*, quibus persequimur, quod è patrimonio nobis abest; uti omnes ex contractu vel quasi. *o* 2. *Pœnales*, quibus pœnam, uti actiones furti. *p* 3. *Mixtæ*, quibus utrumque; ut cæteræ actiones in duplum, triplum &c. *q* *Patrimonii nostri* est, i. quod nostrum est cum sua causa.

2. quod

(u) *l. 14. §. 3. Quod caus.* (a) *l. 1. §. 12. Si qvadr.* (b) *l. 3. §. fin. Ad exh.* (c) *§. 20. h.* (d) *l. 2. prin. Fin. reg.* (e) *§. 20. h* (f) *l. 1. eod.* (g) *§. 6. Off. jud.* (h) *l. 10. fin. reg.* (i) *l. 13. eod.* (k) *l. 14. eod.* (l) *l. 7. C. pet. her.* (m) *l. 11. l. 12. eod.* (n) *l. 13. §. 1. eod.* (o) *§. 17. b.* (p) *§. 18. b.* (q) *§. 19. §. 17. b.*



2. quod ex quavis causa nobis debetur, excepta  
pœnâ ex delicto debita. *r* *Pœna* est, quod reus  
de suo ob delictum suum debet : scil. 1. quod  
reus integro patrimonio actoris ipsi debet : 2.  
quod si reus debet in pœnam delicti, etsi actori  
non absit, ratione *rei* pœna est, ratione *actoris*  
persecutio patrimonii.

20. *Tertia* est, quod sint 1. *In simplum*, ut ex  
contractibus & plurimæ ex delictis. *a* 2. *In du-*  
*plum*, vel *simpliciter*, ut *furti* nec manifesti;  
de qua *sup. t. 1. §. servi corrupti*, quâ is, per quem  
servus factus est corruptior, tenetur domino  
ad duplum *b* totius damni; *c* *Utili* tenetur,  
qui filius uxoris &c. mores corrumpit; *d* ubi co-  
natus quoque punitur. *e* Vel *accedente inficia-*  
*tione*, uti ex L. Aquilia, deposito miserabili, &  
legato ad vias causas; *f* in quo ad duplum  
quoque tenetur, qui moram solvendi facit,  
donec conveniatur. *g* 3. *In triplum*, ut *condi-*  
*ctio ex lege*, quâ tenetur actor reo ideò læso,  
quod maiore summâ petitâ, maiores sportu-  
las solvere coactus fuit, ad triplum ejus da-  
mni. *h* 4. *In quadruplum* (non ultra; *i* secus  
in pœna conventionali, *k* nisi fiat in fraudem  
l. 26. C. *usur.* & l. un. C. *sent. quæ pro eo*) vel  
*simpliciter*, ut *furti manifesti*, de qua *sup. t. 1.*  
de

(r) l. 49. l. 143. l. 213. §. 1. V. S. (a) §. 21. §. 22. *b.* (b)  
§. 23. *b.* (c) l. 10. *Serv. corr.* (d) l. 14. §. 1. *eod.* (e)  
*sup. t. 1. §. 8.* (f) §. 26. *b.* (g) §. 19. *b.* (h) §. 24. *b.*  
(i) §. 21. *b.* (k) §. 18. *Inut. stip.*



de *Calumniatoribus*, quâ quis tenetur alteri, cui ut vel ne negotiû facesceret, pecuniam accepit: *l. Condictio ex lege*, quâ executores litium tenentur reo in quadruplum ejus, quod ultra præscriptum exegerunt. *m.* Vel *certo modo*; ut *actio quod metu*; quæ datur vim passo contra quemvis possesorem in quadruplum, si jussu judicis simplum non restituerit. *n.* Hodie pænæ privatae non obtinent, nisi in injuriâ, & suo modo in furto, *sup. tit. 1.* sed earum loco arbitraria fisco cedit.

21. *Quarta* est, quod sint 1. *Bonæ fidei*, quæ ex conventionibus vel iis quasi contractibus, quibus negotium alterius suscipitur, natae, dantur *tum* ad id quod conventum, *tum* quod præterea æquum & bonum est: *o* & ferè sunt in §. 28. h. comprehensis contrariis, adjectis qualitatibus, & similibus. 2. *Stricti juris*, quæ ex iisdem causis natae tantum dantur ad id, quod conventum est, *ut ex mutuo, stipulatu, testamento, q* (Exc. quoad usuras *r*) *pecuniâ constitutâ, pacto, donatione, s* *facio ut des vel facias, vel facio ut des. t* 3. *Arbitrariae*, quæ ex cæteris causis ortæ itidem dantur ad id quod æquum & bonum est, pro cuiusque natura; *u* *ut in rem*, (excepta hereditatis petitione *x*) *interdi-*

(1) *tit. ff. de Cal.* (m) §. 25. h. (n) §. 27. h. (o) §. 30. h. (p) l. 99. V. O. (q) l. 5. *Et quod cert.* (r) l. 34. *Usur.* (s) l. 22. *Donat.* (t) d. §. 28. (u) §. 31. h. (x) d. §. 28.



*terdicta; ex delictis, & reliquis quasi contractibus. a* Item *de eo quod certo loco*, quâ is, cui quid ex negotio stricti juris certo loco promissum est, in alio competente id petere potest, facta loci adjecti mentione, ejusque inspecta utrinque utilitate. *b* Et *ad exhibendum*, quæ est personalis, *c* competens ei, cujus interest certam speciem exhiberi, *d* i. e. ita in publico ejus potestatem fieri, ut experiundi copia sit. *f*

22. Effectus præcipui bonæ fidei sunt: 1. Usuræ debentur ex mora, fructus accepto judicio percepti semper. *g* 2. Contractus b. f. cui dolus causam dedit, est ipso jure nullus. *h* 3. Pactum in continenti ei adjectum actionem inde format. *i* 4. Dolus præstatur actione ex ipso contractu. *k* 5. Exceptiones insunt, etsi non contestatæ. *l* 6. Æstimatio inspicitur tempore rei judicatæ. *m* 7. Locus est juris. in litem; *n* & 8. Compensationi, (hodie semper, excepto deposito) *o* quæ est debiti, & crediti saltem naturalis *p*, puri, utrinque æqualis & liquidi *q*) inter se contributio. *r* Per eam ipso jure actio cum suis accessionibus inter eos tollitur, qui invicem

(a) d. §. 31. (b) t. t. *Eo quod cert.* (c) l. 3. §. 3. *Ad exh.* (d) t. t. *ead.* (e) l. 2. *ead.* (f) l. 32. §. 2. *Usur.* (g) l. 38. §. 7. *ead.* (h) l. 7. pr. *Dol. mal.* (i) l. 7. §. 5. *Pact.* (k) l. 9. pr. *Dol. mal.* (l) l. 3. *resc. Vend. l. ult. Her. pet* (m) l. 3. §. 2. *Commod. l. 37. Mand.* (n) l. 6. *In lit. jur* (o) d. §. 31. (p) l. 6. *Compens.* (q) l. 7. pr. *ead. d. §. 31.* (r) l. 1. *ead.*



cem debent. s. 9. Reus rem deteriore red-  
dendo non liberatur. z

23. Actio *de dote* (olim rei uxoriae) est, quæ  
datur marito ad petendam dotem promissam,  
& uxori ejusq; heredibus finito matrimonio,  
aut marito ad inopiam vergente, u ad repeten-  
dam, quæ soluta est. In ea sunt hæc singularia  
x 1. Est ex stipulatione, etsi non sit facta 2. Bo-  
næ fidei. 3. Inest tacita hypotheca. 4. Uxor,  
ejusque liberi y præferuntur omnibus credito-  
ribus anteriorem, etiam expressam hypothe-  
cam habentibus.

24. Sententia judicis incerta non valet, etsi  
de re incerta actum fuerit. a Nisi certa saltem  
sit 1. ratione ejus, quod in genere ex natura  
actionis quæsitum fuit. b 2. relatione ad id  
quod certum est. c

25. Plus petitur d 1. Re, si major quantitas;  
2. Tempore, si ante diem & quamvis conditio-  
nem, e 3. Loco, si alio loco purè; 4. Causâ, si ra-  
tione electionis aut aliâ, plus petitur. N. 1. Eligit  
actor é locis, ubi petat; f debitor, é rebus, quam  
præstet. g N. 2. Actor, qui plus petit, etsi per  
erro-

(s) l. fin. C. eod. (t) l. 3. §. 1. Commod. l. 7. §. 3. Dol.  
mal. (u) l. 29. §. 1. C. jur. dot. (x) §. 29. h. l. un. pr.  
§. 1. §. 2. C. rei ux. act. (y) l. 12. §. 1. C. Qui pot. in  
pign. (a) §. 32. h. l. fin. C. sent. quæ fin. cert. (b) l. 2.  
C. eod. (c) l. 3. C. eod. (d) §. 33. h. (e) l. 41. §. 1.  
V. O. (f) l. 2. §. 3. Eo quod cert. (g) l. 52. Mand.



errorem, causâ cadit. *b* Jure novo, ei qui tem-  
pore plus petit, duplicatur tempus refutis ex-  
pensis, *i* reliqui triplo condemnantur: *k* Hodie  
in expensas. *N. 3.* Si plus non petit, manente  
eodem iudicio *emendari* libellus semper po-  
test, *l* mutari substantia ejus post lit. cont. non  
potest. *m* Hoc fit, cum aliud pro alio, vel alia  
actione petitur. *n*

26. *Sexta* est, quod alia sint quibus solidum  
consequimur; alia quibus minus solido: Hoc  
fit I. In actione de peculio. *o* II. Dote impensis  
necessariis minuta. *p* III. Parte debiti com-  
pensata. *q* IV. Ob beneficium competentiae,  
ut vocant, quod est exceptio certis personis da-  
ta ne conveniantur ultra quam facere pos-  
sunt: *r* i. e. non ita ut egeant. *s*

27. Hoc competit I. Conjugibus ex gestis stan-  
te matrimonio. *t* 2. Item soceris. *u* Exc. Non  
ex dote promissa soluto matrimonio conven-  
ientis. *x* 3. Parentibus. *a* 4. Liberis. *b* 5. Pa-  
tronis, eorumque parentibus & liberis. *c* 6. Do-  
natori, in re donata, qui insuper æs alienum  
deducit. *d* 7. Militi, non Doctori vel Nobili. *e*  
8. Fra-

(h) *d.* §. 33. (i) §. 10. *Except.* (k) *d.* §. 33. *in f.* (l)  
§. 34. *l.* 4. §. *f.* *Nox. act.* (m) *l.* 23. *Judic.* (n) §. 35. *b.*  
(o) §. 36. *b.* (p) §. 37. *in f.* *b.* (q) §. *pen. b.* (r) §. 37. *b.*  
*eod.* (s) *l.* 19. *in f.* *Re jud.* (t) *l.* 20. *eod.* *l.* 35. *pr.* *Neg.*  
*gest.* (u) *l.* 21. *Re jud.* (x) *l.* 22. *eod.* (a) §. 38. *b.*  
(b) *l.* 30. *Re jud.* (c) *l.* 17. *eod.* *d.* §. 38. (d) *l.* 19. §.  
*1.* *eod.* (e) *l.* 18. *eod.*

rem red-  
est, quæ  
missam,  
monio,  
repeten-  
ngularia  
ta 2. Bo-  
4. Uxor,  
credito-  
ypothe-  
alet, et si  
a saltem  
natura  
ne ad id  
antitas;  
conditio-  
usâ, si ra-  
I Eligit  
us, quam  
et si per  
erro-

§. 3. *Dol.*  
*l.* *un. pr.*  
si pot. *in*  
*rt.* (b) *l.* 2.  
41. §. 1.  
2. *Mand.*



8. Fratribus & sororibus. *f* 9. Sociis in actione pro socio. *g* 10. Ei qui bonis cessit, in postea quaesitis. *h* quæ cessio non notat.

29. Non datur 1. heredibus. *i* Exc. Liberis datur, contra matrem suam quæ dotem repetit. *k* 2. Qui dolo fecerunt. *l* N. 1. Exceptio hæc dilatoria est, dum reus ad meliorem fortunam pervenerit. *m* 2. Ei renunciari non potest. *n*

*Tit. VII. Quod cum eo, qui in al.*

I. *Septima* est, quod quædam actiones sint, quibus ex contractu alterius tenemur, uti sequentes, quæ sunt personales & Prætorie. I. *Actio quod jussu* est, quæ pater & dominus ex contractu filii & servi, jussu suo inito, tenentur in solidum. *b* *Utilis* datur ex quocunq; contractu alterius jussu inito contra jubentem in solidum. *c* Jussui quodvis mandatum, etiam tacitum, *d* ac rati habitio comparatur. *e* Filius, directâ tenetur, nisi nudum ministerium præstiterit. *f*

2. II. *Exercitoria* est, quæ is qui alium præposuit negotiationi maritimæ tenetur ei, qui cum præposito ex lege præpositionis contraxit, in solidum. *g*

III. *In*

(*f*) *l. 63. pr. Pro soc.* (*g*) *d. l. 63. pr.* (*h*) *§. fin. b.* (*i*) *l. 24. §. 1. l. 25. Re jud.* (*k*) *l. 18. pr. Sol. matr.* (*l*) *l. 22. §. 1. Re jud.* (*m*) *l. 8. C. Sol. matr.* (*n*) *l. 14. §. 1. eod. Tit. 7.* (*a*) *§. 21. Inut. stip.* (*b*) *§. 1. b.* (*c*) *l. 7. §. 1. C. b.* (*d*) *l. 1. §. 1. §. 3. Quod jussu.* (*e*) *d. l. 1. §. 6. eod.* (*f*) *l. 4. C. eod.* (*g*) *§. 2. b.*



III. *Institoria* eodem modo datur de negoti-  
tatione terrestri. *h* *Institor* est, cui negotiatio-  
nis terrestri; *i* *Magister navis*, cui maritimæ,  
& totius navis cura mandata est. *k* *Exercitor*,  
ad quem negotiationis quæstus pertinet, *l* et si  
dominus navis non sit. *m* *Needer*. Not. 1.  
Magister alium substituere, domino quoque  
prohibente, potest; institor non potest. *n* 2.  
Præpositus durante officio agere & conveniri  
directo ab eo, cum quo contraxit; *o* exercitores  
conveniri possunt, singuli in solidum, *p* agere  
non possunt. *q* 3. Si filiusf. præposuit patre  
*sciente*, pater tributoriâ tenetur; *r* si *volente*,  
tributoriâ ex institoris, in solidum ex magi-  
stri contractu. *s*

3. IV. *Actio tributoria* est ex delicto, *t* quâ te-  
nentur pater aut dominus, scientes filiumf.  
aut servum negotiari in merce peculiari, ad e-  
am creditoribus distribuendam æqualiter. *u*  
*Merx peculiaris* est res omnis peculii profecti-  
tii, in qua filiusf. & servus negotiantur, non  
deducto quod domino debetur. *b*

4. V. *Actio de peculio* est, quâ tenetur pa-  
ter aut dominus ex contractu vel quasi con-  
tractu filiiif. aut servi, quâ. est in peculio pro-  
fectio.

(h) d. §. 2. (i) l. 3. *Inst. act.* (k) l. 1. §. 3. *Exerc. act.*  
(l) §. 2. b. (m) d. l. 1. §. 15. (n) d. l. 1. §. 3. §. 5. (o)  
l. fin. eod. (p) d. l. 1. §. ult. l. 2. eod. (q) d. l. 1. §.  
18. (r) §. seq. (s) d. l. 1. §. 20. (t) l. 7. §. 2. *Trib.*  
*act.* (a) §. 3. b. (b) §. 5. *vers. Tributoria h.*



fectitio. *e* Peculium hic intelligitur deducto eo, quod servus domino (non vicario suo) debet; *d* quod dominus servo, auget peculium. *e* N. 1. Ex contractu ergo filii. duo sunt debitorum, ipse in solidum, pater de peculio. *f* 2. De adventitio ordinario pater contrahit, non filius; de reliquis filius, non pater. *g*

5. VI. *Actio de in rem verso* est, quæ tenetur pater aut dominus ex quolibet facto filii. aut servi, quatenus inde aliquid in rem ipsius versum est. *h* Quat. non versum, tenentur de peculio, *i* vel, si ratum habeant, quod iussu; *k* vel, si sine damno rei potest, auferetur. *l* *In rem versum* dicitur, quicquid in rem vel negotium alterius semel utiliter impensum est, etsi utilitas postea casu perierit. *m* Versum probat actor; *n* nec sufficit animus vertendi in rem. *o* *Utilis* datur contra quemvis alium, in cuius rem versum est. *p*

6. N. 1. Hæ actiones non sunt actiones propriæ, sed aliarum actionum qualitates. *q*

2. Hinc sequuntur naturam & qualitates earum actionum. *r* 3. Omnes elective concurrunt, prout expedire videtur: *s* De peculio & in

(c) §. 4. *h.* (d) §. 4. *in f. h.* (e) l. 17. *Pecul.* (f) l. 44. *eod.* (g) sup. lib. 2. t. 9. (h) d. §. 4. (i) §. 5. *h.* (k) l. 5. §. 2. *In rem vers.* (l) l. 3. §. 5. *eod.* (m) d. l. 3. §. 1. (n) §. 5. *h.* (o) d. l. 3. §. pen. (p) l. 7. §. 1. *C. Quod cum eo.* (q) arg. l. 2. *Pecul.* (r) l. 178. *R. J.* (s) §. 5. *h. l. 4. §. f. Quod cum eo. l. 9. §. 1. Trib. act.*



in rem verso etiam cumulatim. *a* 4. Ex iisdem causis etiam actiones civiles dantur. *a*

8. N. 5. Filiusf. ipse ex omnibus his causis obligatur in solidum. *b* Competit tamen ei exceptio SCti Maced. *c* quæ est beneficium concessum filiof. qui pecuniam mutuam ita ut ipse eam uteretur, accepit, *d* vel ex alio contractu in fraudem SCti convenitur, *e* ejusque patri & fidejussoribus *f* adversus creditorem.

9. Cessat ea l. Si creditor justo errore putaverit esse patremf. *g* 2. Si filius bona habeat unde solvere possit. *h* 3. Si patremf. se mentitus fuerit. *i* 4. Si pater voluerit, *k* vel ratum habuerit. *k* 5. Si ipse filius, factus paterf. expressè vel tacitè, solvendo saltem debiti partem, iterum agnoverit. *m* 6. Pater tenetur de in rem verso, quale etiam est, quod in alimenta vel studia filio mutuum datur. *o*

### Tit. VIII. De Nox. aſt,

1. Octava est, quod quædam sint actiones noxales, quæ sunt actiones personales, quibus tenetur dominus ex delicto civili servi ad damnum restituendum vel noxæ dedendum ei, qui damnum

G

mnium

(t) l. 1. in fin. In rem vers. (a) §. f. b. (b) l. 30. O. & A. (c) §. p. b. (d) l. 7 §. 2. SC. Mac. (e) l. 3. §. 3. eod. (f) l. 9 §. 3. eod. (g) d. l. 3 pr. (h) l. 2 eod. (i) l. 1. C. eod. (k) l. 2. C. eod. l. 7. §. 12. eod. (l) l. 12. eod. (m) d. l. 7 §. f. (n) d. l. 7. §. 12. (o) l. 7. §. 13. l. 17. §. 1. C. eod.



manum passus est: q quæ nunc non sunt in u-  
su. Noxæ est corpus, quod noxam commisit. r

2. Dantur contra eos, qui vel tempore litis  
ceptæ possident, vel qui dolo defierunt pos-  
sidere. s Cessant 1. servo manumisso, nec re-  
viviscunt in servitutem redacto. t 2. Si ipsi  
domino nocuit. u 3. In filiis. x

*Tit. IX. Si quad. paup. fec.*

1. Porro ad damna à brutis quoque data re-  
netur dominus triplici personali actione. l.  
*De pauperie*, quæ est damnum sine injuria fa-  
cientis datum. a *Actio de pauperie* est, quæ da-  
tur ei, cui damnum datum est ab alterius qua-  
drupede contra naturam generis, b adversus  
præsentem ejus dominum, c ut vel damnum  
præstet, vel noxæ dedat. d *Utilis* datur, si bi-  
pes damnum dedit, e non si fera. f

2. Tollitur 1. si bestia damnum dederit al-  
terius instigatu, g vel culpâ hominis. h 2. si an-  
te litis contest. mortua. i 3. si in jure rogatus  
neget quadrupedem suam esse tenetur in soli-  
dum. k

3. II. *Actio de pastu*, quæ datur ob damnum  
pastu sine culpa hominis datum, et si non con-  
tra

(q) l. i. b. (r) §. 1. b. (s) §. 3. §. 5. b. (t) §. 5. b. (u)  
§. pen. b. (v) §. ult. b. Tit. 9. (a) l. i. §. 3. b. (b)  
d. l. i. §. 7. (c) d. l. i. §. 12. (d) d. l. i. pr. (e) l. pen. b.  
(f) l. i. §. 10. b. (g) d. l. i. §. 8. (h) d. l. i. §. 4. & 6.  
(i) d. l. i. §. 13. (k) d. l. i. §. 15.



tra naturam generis : quæ in cæteris superiori  
convenit. / Utraq; noxalis est. *m* III. Ex *edicto*  
*edictio*, quo tenetur is, qui, quæ vulgò iter fit,  
canem, verrem aliudve animal noxium habet,  
ad duplum damni; homine libero occiso, in  
200. solidos; læso, arbitrariè; ut hodie sem-  
per.

4. Actiones in eodem negotio concurren-  
tes invicem non consumunt : *p* sed, si ex utraq;  
idem debetur, eo ex altera soluto, altera tolli-  
tur : *q* si aliud & aliud, ut res & poena, vel pœ-  
næ ex diversis factis, utraqve cumulari potest. *r*  
Exc. Si ira data, ut elective concurrant, unâ in-  
tentatâ altera tollitur. *s* *sup. tit. 7.*

*Tit. X. De iis per quas ag.*

I. Agere quisque & excipere hodie potest per  
*procuratorem* : qui est I. *extrajudicialis*, vel *judi-*  
*cialis*. Hic dicitur, qui litem alieno nomine su-  
scipit : (*Advocatus*, qui momenta causæ apud  
judicem exponit. *a*) Ille *vel* ex mandato do-  
mini, expreso vel tacito, agit, & dicitur in spe-  
cie *procurator*; *b* *vel* sine mandato, & dicitur  
*defensor* : hic tantum à parte rei esse potest,  
non actoris. *c* II. In *rem suam*, cujus commodo *d*

G 2

vel

(1) l. 14. §. ult. *Præsc. verb.* (m) *princ.* b. (n) s. 1.  
b. l. 41. *Ed. ed.* (o) l. 42. *cod.* (p) §. f. b. l. 130 R 7.  
(q) l. 34. §. 1. l. 41. §. 1. O. & A. (r) d. l. 34. §. f. l. 2.  
*pr. Præsc. del.* (s) l. 76. §. 8. *legat.* s. Tit. 10. (a) l. 1. c. 2.  
*Posul.* (b) §. 1. b. (c) l. *un. C. satid.* (d) l. 34.  
*procur.*



vel periculo eventus litis cedit: *e* vel in rem alienam, ad quem neutrum pertinet.

2. Procuratores esse non possunt 1. Mulieres *f* & milites *g* nisi in rem suam. *h* 2. Minores 17. annis sine mandato. *i* 3. Qui potentiâ, gratiâ, opibus metuendi. *k* 4. Qui reip. causâ abfuturi sunt. *l* 5. Qui aliâs vel in judicio stare, vel inviti cogi non possunt. *m*

3. Potest etiam fieri in criminibus; scil. à parte rei, quâ absens condemnari potest: *n* non à parte actoris in publico judicio: *o* hodie secus. *p*

### Tit. XI. De Satisd.

1 Procuratores cavent in judicio. *Cautio* est securitas, quæ adversario præstatur. Fit 1. fidejussoribus, quæ *satisfactio* dicitur, *a* & regulariter fieri in judiciis debet. *b* 2. Pignoribus 3. Repromissione, quæ vel *simplex* est, & fit nuda stipulatione; vel *jurata*: illam præstant immobilium in ea provincia possesores; *c* hanc illustres, *d* & pauperes, qui jurant, pignora & fidejussor s se non habere; & judicatum seu promissum solvi. *e*

2. Olim  
(*e*) l. 61. *cod.* (*f*) l. 18. *C. cod.* (*g*) l. 54. *cod.* (*h*) l. 1. §. 5. *Postul.* l. 8. §. *pen.* *Procur.* (*i*) l. 51. *princ.* *cod.* (*k*) l. 1. *C. ne lic. pot.* (*l*) l. 54. *pr.* *Procur.* (*m*) d. l. 54. l. 6. *C. jud.* (*n*) l. 33. §. 2. *Procur.* l. 1. *an per al.* (*o*) l. *pen.* §. 1. *Publ. jud.* (*p*) O. *Cr. art.* 12. *Tit. X.* (*a*) l. 1. *Quæ satisfactio cog* (*b*) l. 7. *Pretor. stip* (*c*) l. 15. *Quæ satisfactio cog* (*d*) l. 17. *princ.* *C. Dignit.* (*e*) *autb generaliter.* *C. Ep. & Cler.*



2. Olim cavebant tantum 1. Procurator actoris de rato, 2. rei, & 3. in personali actione, reus ipse, iudicatum solvi. *f* Hodie Actor cavet 1. In lite persisti. 2. Expensas adjudicatas solvi. *g* 3. Litam intra 2. menses ab oblato libello contestari: *b* quod non obtinet. Accedit 4. Reconventioni dari; quæ est mutua actoris in eodẽ iudicio à reo facta conventio *i* Procurator ejus de rato, si incertum aut vitiosum, *k* aut conjuncta persona nullum mandatum habeat. *l* Reus in iudicio persisti: *m* Procurator rei, iudicatum solvi: *n* cujus tres clausulæ sunt: 1. iudicio fisci. 2. Rem defendi 3. Dolum ab fore: *o* & defensor in reali de rato. *p* Not. Reus ipse pro procuratore suo, ut fidejussor ejus, iudicatum solvi, & sententiæ se adfuturum, sub hypotheca rerum suarum promittere potest. *q*

*Tit. XII. De perp. & temp. act.*

1. Nona: Aliæ actiones sunt *temporariæ*, quæ post annum non dantur, nec in heredes: ut Prætorias, si 1. contra jus civile dantur; *a* aut 2. poenales sint: Exc. actio furti manifesti; *b* & *c*. Aliæ *perpetuæ*, quæ post annum; Hæ finiuntur

*G* 3

30. vel

(*f*) *pr. & s. l. h.* (*g*) *d. auth.* (*h*) *auth libellum C. de lit. cont.* (*i*) *l. 14. & auth seq. C. sent & int* (*k*) *l. r. C. Procur.* (*l*) *l. 35. eod.* (*m*) *s. 2 h.* (*n*) *s. 5. h.* (*o*) *l. 6. Jud. solv.* (*p*) *l. 40 s. 2. Procur.* (*q*) *s. 4. h.* Tit. 12. (*a*) *l. 35. pr. Obl. & act.* (*b*) *princ. h* (*c*) *l. 13. serv. corr. l. ult. s. ult. Naut. camp. l. 9. s. 5. Hæ qbi eff. l. 13 s. ult. Publican.*



30. vel 40; & criminales 20; & quædam 5. annis:  
f reales, rebus vel juribus usucapione vel præ-  
scriptione amissis. g

2. *Decima*: Aliæ heredibus dantur, & in he-  
redes: aliæ heredibus, non in heredes: aliæ nec he-  
redibus. h *Regula I.* Actiones etiam poenales,  
heredibus dantur. Exc. Injuriarum actio, & ei  
similes; nisi à defuncto coeptæ sint. i II. Rei per-  
secutoria, etiam ex delicto civiles, & in heredes  
quoque in solidum. l Exc. I. Ex contractu ob  
dolum defuncti tantum quæ. pervenit, si non  
ex ipso contractu dolus vindicetur. m 2. Si jus  
personæ cohereat. n III. Ex delicto Prætoria, &  
omnesque poenales & mixtæ, p in heredes non  
nisi quæ. pervenit. q Exc. lite contestata o-  
mnes in solidum. r Not. Si ante sententiam  
reus ultro satisfacit, tollitur iudicium. s

### *Tit. XIII. De Except.*

1. *Exceptio* est defensio rei actori opposita  
ad excludendam vel minuendam ejus inten-  
tionem.

(d) l. 3. §. 4. C. præsc. 30. ann. (e) l. 12. C. ad l.  
Corn. de fals. (f) l. 1. §. 13 Separ. l. 34. in f. C. Inoff.  
test. l. 11. §. 4. junct. l. 29. §. 4. Adult. l. 7. Pecul.  
l. 2. C. Pectig. (g) sup. de usuc. (h) §. 1. b. (i) d. §. 1.  
(k) §. 9. in f. L. Aq. (l) l. 35. pr. O. & A. (m) §. 1.  
b. (n) §. 3. Usufr. (o) l. 9. §. 1 Quid. fals. tut. l. 12.  
Reb. ant. jud. (p) §. 1. b. (q) l. 38. R. J. l. un. C. ex  
del. def. (r) §. 1. b. (s) §. ult. b.



tionem. *a* Est vel *facti*, cum actio jure nulla est: vel *juris*, cum ea ipso jure subsistit. *b*

2. Exceptio I. *metus*, datur ei, qui metu non vano ad aliquid gerendum coactus est, contra quemcunque actorem, *c* et si metum ipse non intulit. *d* II. *Doli*, datur reo decepto contra solum decipientem, *e* qui vel in negotio decepit, vel contra æquitatem naturalem petit. *f* N. Si alia deficit, hæc datur in subsidium; *g* & contra parentes &c. *in factum*. *h* III. *Erroris*, ei, qui justo errore aliquid promisit, contra eum, qui inde agit. *i* IV. *Non numerata pecunia*, sup. delit. obl. *k* V. *Pacti de non petendo*, datur reo convento adversus eum, qui contra pactum agit. *l* Est vel *in rem*, cum simpliciter pacti sumus, *ne petatur*; vel *in personam*, cum ita, *ne me petas*, vel, *ne tu petas*: *m* illud mihi soli, hoc ne mihi quidem prodest, si heres tuus petat. *n* VI. *Furti*, datur ei, qui deferente adversario juravit, (vel cui id remissum est *o*) contra deferentem qui ex pristina actione petit. *p* VII. *Rei judicata*, datur reo per sententiam, quæ in rem judicatam abiit, absoluto, contra eundem actorem, si is eandem litem repetat. *q*

G 4

3. Ex-

(a) l. 2. pr. l. 22. *b* (b) princ. *b*. (c) §. 1. *b*. (d) l. 40. §. 33. *Dol. mal. exc.* (e) *d*. §. 33. (f) l. 1. §. 1 l. 2 §. 3. §. 4. *ead* (g) *d*. §. 33. (h) l. 4. §. 16 *ead* (i) §. 1. *b*. (k) §. 2. *b*. (l) §. 3. *b*. (m) l. 7. §. 8. *Pacti*. (n) l. 25. §. 8. l. 57. §. 1. *ead* (o) l. 9. §. 1. *Furti*. (p) §. 4. *b*. (q) §. 5. *b*. §. 8. *Exc. rei jud.*

5. annis:  
vel præ-

in he-  
ne he-  
cenaes,  
tio, & ei  
Rei per-  
heredes  
actu ob  
, si non  
2. Si jus  
etoriae,  
des non  
stata o-  
entiam

posita  
s inten-  
tionem.

C. ad l.  
C. Inoff.  
7. Pecul.  
(i) d. §. 1.  
(m) §. 1.  
ut. l. 12.  
m. C. ex



3( Exceptio est vel *peremptoria*, quā debitum ipsum tollitur; ut prædictæ, & vel *dilatoria*; quā reus non intendit debitum non esse, sed nondum, vel non ita agi posse. & Hæ opponuntur 1. *Causæ*; ut plus petitionis &c. *sup. de Ad. th. 5.* 2. *Personis iudicii*, sc. *Judici*, quod incompetens, & suspectus, inhabilis: *b Partibus*, quod stare in iudicio non possint, vel, ut se heredes probent. &c. *c Procuratoribus*, quod inhabiles, sine mandato, *d* vel infames sint, nisi hoc sit altioris indaginis. *e* 3. *Processui* ut termini angusti, libelli inepti &c.

4. *Dilatoria*, quæ personis vel processui obstant, ante litis contestationem opponi debent. *g* Exc. 1. si postea *vel* orta sit, *vel* eadem causa redeat, *vel* pars juret, se eam ignorasse. *h* 2. si iudicium nullum fiat. *i Reliquæ*, etiam post lit. cont. probari possunt; *peremptoria* debent. *k* N. I. *Exceptiones litis finitæ*, quibus intenditur litem fuisse, sed finitam esse, ante L. C. opponendæ & decidendæ sunt. *l* 2. Quædam post sententiam quoque opponi possunt, si liquidæ, nec jam antè rejectæ fuerint; uti quæ é *SCtis* vel leges sunt. *m*

5. N. I.

(r) §. 8. §. 9. *h.* (s) §. 10. *h.* (a) *l. ult. C. h.* (b) *l. 16. C. 7. d.* (c) *tit. C. qvileg pers* (d) §. *fin h* (e) *d. 6. f.* (g) *l. ult. C. h. l. 24. C. Proc.* (h) *c. 4. X. h.* (i) *d. l. 24.* (k) *l. 4. l. 8. C. h.* (l) *c. 1. c. 2. lit. cont. in 6.* (m) *l. II. SC. Mac.*



§. N. I. Exceptiones sunt perpetuae. *n* Exce.  
Non numeratae pecuniae. *o* II. Pluribus excep-  
tionibus, etiam diversis, uti reus potest. *p*

### Tit. XIV. De Replie.

1. *Replicatio* est exceptio actoris reo oppo-  
sita. *a* *Duplicatio* est altera rei exceptio repli-  
cationi opposita; & sic porro, *triplicatio* acto-  
ris, & *quaduplicatio* rei dicitur. *b* In Camera  
triplica non nisi causam cognitam permittitur. *c*

2. Denique exceptiones sunt *reales*, quae  
heredibus quoque & fidejussoribus profunt; *d*  
vel *personales*, quae iis non profunt: *e* uti pacti  
personalis; *f* competentiae; *g* cessionis &c. *h*  
Indubio sunt reales. *i*

### Tit. XV. De Interd.

1. *Interdicta* sunt formulae mandatorum,  
quibus Judex fieri aliquid aut jubet, aut prohi-  
bet; *a* ut hodie mandata; & ferè de possessione  
dantur. *b*

2. Sunt I. *Prohibitoria*, quibus Judex vel a-  
liiquid fieri, vel facienti vim fieri prohibet; *c*  
*Restitutoria*, quibus restitui. *Exhibitoria*,  
quibus exhiberi aliquid jubet, *e* ut in exemplis

G §

§. I. b.

(n) l. 5. in fin. Dol. mal. exc. (o) §. un. lit. obl. (p)  
l. 8. h. Tit. 14. (a) l. 2. §. 1. l. 22. §. 1. Except. (b)  
princ. & §. seqq. h. (c) R. f. nobis. §. 81. (d) l. 7.  
§. 1. Except. (e) d. l. 7. princ. (f) l. 25. §. 1. Pact. (g)  
d. l. 7. pr. (h) §. fin. h. (i) d. §. f. Tit. 15. (a)  
princ. h. (b) d. princ. (c) §. 1. h.



§. 1. h. II. *Vel* adipiscendæ vel retinendæ vel recuperandæ possessionis. e

3. *Adipiscenda* est 1. *Quorum bonorum*, quod datur ei, qui bonorum possessionem adeptus est, ad rerum hereditariarum possessionem consequendam adversus eum, qui pro herede vel possessore possidet. f Utile datur cuivque heredi. g Datur tantum contra corporum possesores. h

4. Simile remedium est 2. quod datur heredi scripto in testamento, quod nullo visibili vitio laborat, ad possessionem rerum hereditariarum consequendam, nisi adsit contradictor legitimus. i

5. 3. *Quod Legatorum*, datur heredi contra legatarios, eorumque successores, k ad possessionem rei legatæ adipiscendam, quam illi non ex voluntate heredis consecuti sunt: l modò heres cautionem de restituendo offerat. m Idem est in fideicommisso. n

6 4. *Salvianum*, datur locatori fundi ad rerum, quas colonus pro mercede obligavit, possessionem adipiscendam. o Utile datur cuivque creditori, qui pignus habet. p Neutrum contra tertios possesores q

7. *Reti-*

(e) §. 1. h. (f) §. 3. h. (g) l. ult. *Quorum bon* (h) l. 2. eod. (i) ex l. ult. C. de Edict. D. Hadr. toll. (k) l. 1. §. 13. *Quod leg.* (l) d. l. 1. §. 2. (m) d. l. 1. §. 14. & seqq. (n) l. un. C. eod. (o) §. 3. in fin. h. (p) l. 1. C. Precar. (q) d. l. 1.



7. *Retinenda* sunt, quibus, utraqve parte possidere se contendente, decernitur, uter petitor, uter possessor sit. *r* Ut 1. *Uti possidetis*, quod datur turbato in possessione rei immobilis contra turbantem, ne turbet, & ut caveat de non turbando. 2. *Utrubi*, quod datur de re mobili. *s* Utrumque datur ei, qui tempore interdicti *r* saltem naturaliter *u* possidet. Si uterque possidet, neuter vincit; nisi alter ab altero vi, clam vel precario possideat. *x* In dubio præfertur antiquior possessor. *y*

8. *Commoda* possessoris sunt: 1. *Jus retentionis* habet. *a* 2. *Fructus* percipit. *b* 3. *Non opus* habet actione. *c* Nec 4. probatione. *d* 5. *Sine* possessione nemo usucapit. *e* 6. *Ea*, pendente petitorio, non privatur; *f* Sed 7. *spoliatus* ante omnia restituitur. *g* Exc. Si ipse adversarium suum antè ex intervallo dejecit. *h*

9. *Possessio* est naturalis facultas incumbendi rei cum animo tenendi conjuncta. Est 1. *impropria*, quâ quis alieno nomine tenet. *b* N. Is cujus nomine possidetur, possidet alterius corpore. *i* 2. *Propria*, quæ fit animo sibi habendi; estque vel *civilis*, quæ fit animo domini;

G 6

mini;

(r) §. 4. *b.* (s) *d.* §. 4. (t) *d.* §. 4. (u) *l.* ult. *Uti poss.* *d.* §. 4. (x) *l.* 3. *princ.* *Uti poss.* (y) *c.* 9. *X* *Prob.* (a) *l.* 31. §. 2. §. 3. *Her. pet* (b) *l.* 48 *pr.* *A. R. D.* (c) *l.* 1. §. 6. *Uti poss.* (d) §. 4. *b.* (e) *l.* 25. *Usuc* (f) *l.* 6. §. 1. *C. Und. vi.* (g) *l.* 7. *C. eod.* (h) *l.* 17. *Vi arm.* (i) *l.* 3. §. f. *Acq. poss.* (j) *l.* 18 *pr. eod.*

7. *Reti-*  
n. (h) *l.*  
toll (k)  
l. 1. §.  
n. b. (p)



mini; & vel naturalis, quæ sit alio quovis sibi habendi animo. l.

IO. Acquiritur corpore & animo. m Retinetur solo animo. n Amittitur I. animo, cum primum possessor constituit, se nolle possidere. o 2. Cum ita definit tenere, ut spes non sit recipiendi. p 3. Res soli, possessore vi dejecto; q non si, eo ignorante, alius ingressus sit; r nisi per alium possedit: s mobilis, si alius eam tenet animo sibi habendi. t

II. Recuperanda est I. Unde si, quod datur vi dejecto est possessione rei immobilis contra deicientem, ut restituat eam cum omni causa. a Datur ei, qui tempore dejectionis saltem, naturaliter b possedit, per se vel per alium, indeque vi dejectus est, tempore autem litis mortæ non possidet. c Cessat in casu th. 9. n 7.

12. Concurrunt poenæ civiles, & criminales ex L. Jul. de vi publ. & privata d Ei, cuius absentis vacuam possessionem alius sine vi occupavit, datur actio ex l. ult. C. Unde si: & omni spoliato, ex c. redintegranda. III. q. 1. N. Suspensio petitorio agi possessorio potest: e & utrum-

(k) l. 22. § 1. Nox. act. (l) l. 12. Acq. poss (m) l. 8. eod. (n) l. 6. § f. eod. (o) l. 3. § 6. eod. (p) d. l. 3. § 13. (q) l. 6. § f. l. 7. eod. (r) l. 46. eod. (s) l. 44. §. eod. (t) d. l. 3. § 18. (a) § 6. b. (b) l. 1. § 9. Vi arm. (c) l. 1. § 45. eod. (d) § 6. b. (e) l. 18. § 1. Vi arm.



erumque cumulari: *f* Exc. possessorium retinenda. *g*

13. Interdicta sunt *simplicia*, in quibus unus actor, alter reus est; vel *duplicia*, in quibus uterque. *h* N. Loco interdicti postea actiones dantur sunt. *i* Hodie usus eorum est in processu mandatorum.

### Tit. XVI. De Pæn. tem. lit.

1. Temeritas litigantium coercetur 1. *Jurej. calumnia*, quo quis jurat se non calumniandi animo aliquid dicturum facturumve. *a* *Calumnia* hic est, quicquid in judicio à scientia illicitum aut falsum esse, fit aut dicitur. *b*

2. Jusj. hoc est vel *generale*, quod initio litis præstabatur; *c* vel *speciale* seu malitiæ, quod in singulis partibus, ubi visum est, exigi potest. *d* Illud olim; *e* hoc hodieque præstatur à partibus & patronis. *f* Jurant 1. causam bonam videri. 2. Verum se responsuros. *g* 3. Neminem precio corrupturos. *h* 4. Nec probationes, nec 5. dilationes superfluas petituros. *i*

3. II. *Pænis*; quæ sunt 1. *Victus*, si temerè litigasset, victori in expensas damnatur, olim

G7

decimâ

(*f*) *e. b. X. caus. poss.* (*g*) *arg. l. 1. §. 4. Uti poss.* (*h*) *§. 7. b. (i) §. ult. b. Tit. 16. (a) §. 1 b (b) l. 43. Her. pet. (c) auth. Hoc Sacramentum. C. Jurej. in calumn. (d) l. 1. princ. C. eod. (e) l. 2. pr. C. eod. (f) R. J. nov. §. 43. (g) l. 2 C. jur. cal. (h) auth. Princ. C. eod. (i) auth. in isto. C. eod.*



decimâ litis. *a* 2. De plus petente vid sup. *b*  
 3. In quibusdam lis inficiatione crescit in du-  
 plum. *c* 4. Infamiâ, quæ est existimationis hone-  
 stæ imminutio; *d* estq; 1. *facti*, quæ iudicio ho-  
 nestorum virorum pro tali habetur; *e* 2. *iuris*,  
 quâ quis lege notatur: idque vel *immediate*,  
*f* ut lenones, histriones, &c. vel *sententiâ*  
*judicis*, ut damnati [*a*] publico iudicio; aut  
 in eo, prævaricationis seu calumniæ. [*b*] Di-  
 recta actione mandati, depositi, tutelæ (ob so-  
 lum dolum *g*) pro socio. [*y*] Furci, vi bono-  
 rum raptorum, injuriarum, de dolo malo.  
*b* in quibus etiam transactio infamiâ nota-  
 tur &c. *i*

4. Si quis in ius vocat, quem non debet, tene-  
 tur in 50. solidos. *h* In ius vocatio est ad iudicem  
 juris experiundi causâ vocatio. Estq; vel *priva-  
 ta*, quæ olim fiebat ab actore; vel *publica*, quæ  
 fit a iudice, & dicitur *citatio*, quæ est initium  
 totius iudicii, *i* nec omitti potest. Hæc vel *rea-  
 lis* est, quæ fit apprehensâ personâ, vel *verba-  
 lis*, quæ *vel* verbis fit, *vel* literis, iisque *vel* per  
 nuncium missis, *vel* publicè affixis; quæ *edi-  
 ctalis* dicitur, & fit cum literæ insinuari non  
 possunt: realis verò fit, si crimen atrocius, &  
 reus

(a) §. 1. in fin. *h*. (b) §. 33. *Action* (c) §. 1. *h*. (d)  
 l. 5 §. 2. *Extr cogn* (e) l. 2. p. inc. *Obs. Par. §*  
*patr* (f) l. 1 *His qvi not.* (g) §. 6. *Sup. tut* (h)  
 d. l. 1. §. 2. *h* (i) l. 5. *cod. d. §. 2.* (h) §. ult. *h*. (i) d.  
 §. ult.



reus gravatus, aut de fuga suspectus sit. & Extra territorium facta non tenet. l. Effectus est, quod citatus obligatur, & jurisdictio actioque perpetuantur. m

### Tit. XVII. De Off. Jud.

1. Officium Judicis esse dicunt vel nob. l. c. quod sine actione ex æquitate exercetur: vel mercenarium, quod actionem sequitur, ei que inservit.

2. Officii hujus est 1. Judicare secundum leges: a si sententia contra formam juris fit, est ipso jure nulla; si contra jus partis, appellatur: b utrumque remedium intra 10. dies hodie cumulari potest; c nullitas insanabilis ad 30. annos opponi. d 2. Secundum acta & probata. 3. In causa noxali non ad damnum, sed alterne ad noxæ dedendum damnare. e

3. Damnatus ut possessor, illico (in personalibus, post 4. menses f) solvere cogitur, g (petenti tamen non frustratorie, & caventi de solvendo, terminus datur) cum sua causa, quæ fuit initio litis. h

4. De fructibus N. 1. Malæ fidei possessor damnatus restituit omnes perceptos & percipiendos i 2. Reliqui ex hereditatis petitione, quat.

(k) l. 3. Cust. reor. (l) l. ult. Jurisd. (m) l. 7. l. 30. Judic. Tit. 17. (a) princ. h. (b) l. 1. §. 2. Quid app. (c) R. J. nob. §. 121. (d) ibid §. 122. (e) §. 1. h. (f) l. fin. §. 1. C. Us. rei jud. (g) §. 2. §. 3. h. (h) d. §. 3. (i) l. 62. §. 1. Re vind.



quat. facti locupletiores, *k* etiam non petitos: *l* ex actionibus in rem, *m* ad exhibendum, *n* & finium regundorum, *o* extantes, hodie etiam perceptos, quat. locupletiores sunt. Ex famil. ercisc. & comm. divid. omnes percepti dividuntur. *o*

*§.* In divisoriiis, ubi res commodè dividi nequit, eam totam vel usumfr. uni, *p* & in fam. erc. singulas res singulis heredibus adjudicat; *q* eumque, qui plus accepit, alteri certâ pecuniâ, omnesque invicem culpæ; *r* in fin. regund. commissi circa fines doli & contumaciæ nomine, condemnat. *s* Ex adjudicatione statim dominium ipso iure acquiritur. *t*

### *Tit. XVIII. De Jud. Publ.*

*a* Crimina publica (*sup. tit. i. §. 2.*) persequi potest quivis e populo: Non mulier; filiusfamil. miles; infamis; nimis pauper; pupillus nec autore tutore: *a* nisi suam injuriam peragant, vel mortem propinquorum. *b* Adulterium maritus, tum pater, demum frater, patruus, avunculus. *c* Crebrius ipse iudex ex officio crimen ad se delatum præviis indiciis persequitur; qui processus *inquisitorius* dicitur. Poenæ hîc singulis legibus additæ *ordinariæ* dicuntur.

(*k*) l. 25. §. 11. Her. pet. (*l*) l. 38. eod. (*l*) §. 35. Rer. Div. (*m*) §. 3. b. (*n*) l. 4. §. 2. fin. reg. (*o*) §. 4. §. 5. b. (*p*) d. §. 5. (*q*) d. §. 4. (*r*) d. §. 4. (*s*) §. 6. b. (*t*) §. ult. b. Tit. 18. (*a*) l. 8. 9. 10. Accus. (*b*) l. 11. pr. eod. (*c*) l. 30. G. adult.



tur. *Capitales* sunt, poenæ mortis naturalis & civilis. *Non capitales*, reliquæ. *d*

2. Vindicatur I. ex L. Julia *Lesæ Majestatis* crimen, I. *simplex*, quod est læsio privata Principis non animo lædendi remp. facta. Poena arbitraria est. 2. *Perduellio*, quæ est machinatio hostilis, in remp. vel Principem odio publico adhibita. *e* Poena, etiam conatus, est gladius; *f* (hodie gravior,) publicatio bonorum cum infamia & exilio ad filios quoque pertinet; *g* nec morte finitur; *h* filiabus quarta e bonis maternis servatur. *i* Committitur a subditis in Imp. & singulos Electores: *k* in alios Principes a suis tantum subditis, ad exemplum. Ecclesiasticum fit per sola crimina cum blasphemia in Deum & Servatorem nostrum conjuncta.

3. *Adulterium*, quod est tori alieni *l* (Jure Can. & hodie, fidei conjugalis *m*) violatio. Poena, utrinque mors, *n* (rejecta Nov. 134. c. 10.) si cum soluta fit, arbitraria. *Stuprum* est violatio viduæ vel virginis honestioris: *o* Poena arbitraria; & qui seducit virginem, eam ducere vel dotare cogitur; *p* partumque alere. Lege Julia utrumque promiscue accipitur, *q* nec morte pu-

(d) l. 28. pr. & § 1. Pen. (e) l. ult. Maj. (f) §. 4. b. (g) l. 5. §. 1. C. Maj. (h) d. l. ult. (i) d. l. 5. §. 3. (k) A. B. t. 20. (l) l. 6. §. 1. Adult. (m) c. 15. XXXII. q. 5. (n) §. 4. h. l. 30. §. 1. C. Adult. O. C. art. 120. (o) §. 4. h. (p) c. 1. c. 2. Adult. (q) l. 101. pr. V. S.



se punitur. *r* De violento *th* 7. Sodomia fit *vel* cum brutis; poena consummati, ignis est; brutto quoque cremato; *vel* cum eodem sexu; poena, mors est. *s*

4. III. Ex L. Corn. Homicidium, quod est 1. *Voluntarium*, quod fit animo occidendi, aut id agendi, ex quo intelligit mortem sequi posse. Poena, mors est. *t* Exc. inculpata tutela. *sup.* *De Injur.* 2. *Culposum*, quod per imprudentiam fit, poena arbitraria est. 3. *Casu* factum, quod provideri non potuit: & impune est. *a* *Veneficium*, quod veneno vel magica arte (de susurris vanum est) committitur. *b* Poena illius, si sciens occidit, est rota; huius ignis: *d* Incendii *dolosi*, in oppido facti, poena est, ignis: *e* *culposi*, restitutio damni, aut, si solvere nequeat, arbitraria *f*

5. IV. Ex L. Pompeja Parricidium, quod committitur 1. in parentibus, & liberis, (hodie etiam fili *f*.) conjuge, & rectae lineae affinibus. 2. in cæteris cognatis usque ad quartum gradum. *g* Poena, etiam in conscios, *h* est legis Corneliae: *i* hodie gravior. *k* Parentis occisor virgis caesus insui solet culeo cum cane, gallo, vipera, & simia vel fele. *l*

6. V. Ex

(*r*) §. 5. *Quest.* (*s*) l. 31. C. *Adult* d. §. 4 O. C. art. 116 (*t*) §. 5. *b*. (*a*) l. 1. C. *sicar.* (*b*) d. §. 1. (*c*) O. Cr. art. 130. (*d*) art. 109. (*e*) art. 125 (*f*) l. 28. §. 12. *Pœn.* (*g*) l. 1. l. 3. *Parric* (*h*) l. 6 *cod.* (*i*) l. 1. *cod.* §. 6. *b*. (*k*) O. Cr. art. 137. (*l*) l. 9. *Parric.*



6. V. Ex L. Corn. *Falsum*, quod est factum, in quo id, quod esse vel fieri debuit, dolo mutatur, in præjudicium alterius. Poena pro re varia est, ordinariè deportatio. *n*

7. VI. Ex L. Jul. *Vis publica*; quæ fit 1. armis. *o* 2. In persona publica &c. *p* 3. Stupro violento, quod mulier vel puer inviti patiuntur. *q* 4. Raptu, quo mulier vel puer inviti, vel iis, sub quorum cura sunt, invitis, abducuntur. Poena est deportatio; si stupri, actu perfecto, & raptus, si libidinis causâ fiat, mors: etiam in adjuutores. *u* Hodie licet raptæ raptori nubere. *x* *Vis privata* est vis simplex & minùs atrox: poena publicatio trientis bonorum. *a*

8. VII. Ex L. Jul. *Peculatus*, quod est furtum pecuniæ publicæ, *b* seu fisco ablata: *c* (si sacra, vel religiosa vel sacro loco ablata, *sacrilegium* dicitur. *d*) Poena est quadruplum cum deportatione; *e* si Judex id commisit, *f* & in sacrilegio, *g* mors.

9. IIX. Ex L. Fabia *Plagium*, quo 1. liber homo in commercium à scientibus deducitur. *h* 2.

Idem

(m) l. 23. *Fals.* (n) l. 1. §. 13. *ead.* §. 7. *h.* (o) §. 8. *h.* (p) l. 7. l. 8. *Vi publ.* (q) l. 3. §. 4. *ead.* l. 34 §. 1. *Adult.* (r) l. 5. §. 2. l. 6. *Vi publ.* §. 8. *h.* (s) d. §. 8. (t) O. Cr. art. 119 (u) d. §. 8. l. un. C. Rapt. (x) *e. pen. eod.* (a) §. 8. *h.* (b) l. 1. *Peculat.* (c) l. 9. §. 3. *ead.* (d) d. l. o. §. 1. (e) l. 6. §. f. l. *pen. eod.* l. un. C. *ead.* (f) §. 9. *h.* (g) d. l. 9. *pr.* (h) l. 1. l. 4. ff. l. *pen. Plagiar.*



Idem invitus, (aut servus infcio domino) do-  
losè celatur. i Ulius poena, mors est; k hu-  
jus, hodie arbitraria; l etiam in socios. m

IO. Ex L. Julia k. *Ambitus*, quo corruptis  
suffragiis honores petuntur. Poena est 100.  
aureorum, cum infamia. n In sacris *Simonis*  
dicitur: poena variat. o. X. *Repetundarum*, quo  
in munere aliquo positus accipit aliquid, quo  
minùs vel magis bene munere fungatur; p. *Bar-*  
*vattaria* Italici: poena quadruplum & hodie  
extraordinaria. r XI. *Annonæ fraudatio*, qua  
quid dolo agitur, ut carior annona fiat; Poena,  
20. aureorum. s Dicuntur flagellatores an-  
nonæ, & si in id merces coëmant, *Dardanarii*  
qui & extra ordinem puniuntur. t XII. *De re-*  
*siduis*, quo quis pecuniam publicam ex admi-  
nistratone ejus penes se retinuit, nec ad usum  
debitum erogavit: u Poena restitutio simpli,  
cum ejus triente. x

(i) l. 6 §. 2. ff. l. 9. C. eod. (k) l. ult. C. eod. §. 10. b.  
(l) l. ult. Plag. (m) l. 6. §. in fin. eod. (n) l. un. §. 1.  
& ult. *Ambit.* (o) c. 7. & pass. I. q. 1. c. 30. *Simonis*  
(p) l. 1. l. 6 pr. l. ult. *Repet.* (q) l. 1. l. ult. C. eod. (r)  
l. 7. §. 3. eod. (s) l. 2. *Annon.* (t) l. 6. pr. *Extr.*  
*crim.* l. 37. *Pœn.* (u) l. 4. §. 3. 4. *Peculati.* (x) d.  
l. 4. §. 5.

Erra-



## Errata.

Pag. 7. §. 4. lin. 1. lege, *q[uo]b[is] loco & tempore.*  
 Pag. 34. §. 23. l. 3. lege, *Crufta*. Pag. 35. §. 25. l. 1.  
 & §. 26. lin. 4. lege, *th. 22.* Pag. 37. §. 33. l. 3.  
 lege, *utriusq[ue] nomine vel voluntate.* Pag. 38 §. 36.  
 l. 3. & §. 38. lin. 5. lege, *th. 31.* Pag. ead. lin. pen.  
 pro, *l. 10.* lege *l. 6.* Pag. 41. §. 50. lin. 5. pro *nec,*  
 lege, *ne.* Pag. 46. n. V. pro *(t)* pone *(s)* Pag. 50.  
 §. 8 lin. 9. adde, *X. Consolidatione.* Pag. ead. §. 9.  
 lin. 3. adde, *V. lapsu temporis.* Pag. ead. §. 1. lin.  
 4. adde, *l. 14. §. 1. b.* Pag. 56. §. 4. lin. 4. dele,  
*Non.* Pag. 69. §. 2. lin. 2. pro *q[uo]b[is] adante,* lege,  
*uncia.* Pag. 82. lin. 2. dele *(b)* & pro *(a)* pone *(b)*  
 Pag. ead. in allegatis duas priores lineas ita  
 corrige: *(a) §. 31. b. (b) l. 72. §. 6. Cond. & dem.*  
*(c) §. 34. & seqq. b. (d) l. 40. §. f. l. 41. Cond.*  
*& dem. (e) l. 54. & c.* Pag. 96. §. 3. lin. 4. pro,  
*vel si constet rem inter presentes gestam,* lege, *mo-*  
*dò continuò res inter presentes gesta sit.* Pag. 119.  
 §. 14. lin. 6. lege, §. 30. *Act.*



Erra-



*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



*[A small, faint handwritten mark or signature in the bottom right corner.]*











TK 3622

ULB Halle  
004 769 783


3




nc

VD17









parti  
perfe  
2.  
prud  
sto, f  
ption  
3.  
tur li  
quid  
4.  
rum  
que  
cedi  
5.  
stat  
bus  
vel  
hic  
qvo  
7  
le,  
ani  
foer  
tio